Dom. Marquio de Gaudalcazar in ſua relatione, ibi: *La adminiſtracion de la Real Hazienda de eſte Reyno eſtà por mayor à cargo de el Virrey, y los negocios tocantes à ella ſon los que de ordinario dàn mas cuidado, &c. num. 70.*

Huiuſmodi cura, & poteſtas reſidēs in officio Proregis, fulcitur duabus rationibus non contemnendis. Prima petitur ex antiquis Romanorum Prouinciarum Capitum monumētis, quibus præceptū fuit, ac arctè commendatum, vt vigilarent in exactione, conſeruatione, & incrementis opum fiſcalium. De Moderatore Hellenoponti nouell. 28. cap. 5. *Ærarium augeat, ud eiuſque commodum omnem referat prouidemtiam.* De Magiſtratu Phæniciæ Liuanicæ, cap. 1. ibi: *Publicarum contributionum exactioni incubat, immò nec ſacro noſtro patrimonio, aut priuatis noſtris ſacris qualecumque damnum inferre permittat.* De Proconſule Paleſtinæ. Nouell. 103. cap. 3. ibi: *Duo ſolent præcipuè commendari Præſidibus, quies Regionis, & exactio tributorum.* Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragio, ibi: *Præ omnibus ſtudium habere debet fiſcalia vigilanter inſpicere.* Edictum de Alexandrinis, & Ægyptiacis Prouincijs, cap. 24. cap. 1. & cap. 3. ibi. *Explendum fiſcum illive ſatisfaciendum curent*, Nouell. 17. De mandatis Principum, cap. 7. §. 1. ibi: *Publicorum verò tributorum exactiones.*

Secunda ratio pendet ex eo, quod ex dictis mandatis Dominus Prorex conſtituitur Procurator cum libera iuncta illa clauſula Principalium codicillorum: *Os ponemos en nueſtro lugar.* Belluga in ſpeculo Princip. rubr. 25. §. ſæpiſsime, num. 4. cum Bartolo, & Imola. Cota in memorabil. vſ. Procurator cū libera. Afflict. deciſ. 305. num. 4. Maſtrill. deciſ. 191. num. 27 Nec mirum cùm olim aliquando fuerit permiſſum, vt Præſes Prouinciæ fuiſſet fiſci procurator. Anton. in l. 3. C. vbi cauſæ fiſcales, ibi: *Procurator meus, qui vice Præſidis Prouinciæ non fungitur, exigere pœnam de ſorte accuſationis non poteſt.* Huiuſmodi in Iudæa Pilatus fuit, cui vice Præſidis procurator præfuit. Panciroll. in notit. Imperij Orient. cap. 73. fol. mihi 114. Ac proinde quidquid ab Cæſaris procuratore fiebat, tanquam ab eo facta ſuſtinebatur. Leg. 1. D. de officio Procurat. Cæſar. Quo expectat Tacitus annal. lib. 12. ibi: *Eodem anno ſæpius audita vox Principis parem vim rerum habendam à procuratoribus ſuis iudicatarum, ac ſi ipſe ſtatuiſſet.* Padilla in l. Præſes, C. de tranſact. num. 5.

## CAP. III.

### De Ampliationibus adminiſtrationis maioris rei Dominicæ D. Proregi incumbentis.

COmprehenduntur ſub hac adminiſtratione, & cura non ſolùm res ærarij priuati Principis noſtri, ſed etiam omnia bona tàm burſæ fiſcalis, ſeu Cameræ, quàm totius Regij patrimonij. Suppoſito, quòd triplex eſt Regalis cenſus, lib. 11. tit. 17. part. 2. Gloſſ. 4. verbo, & clauſula: *Qual debe ſer el pueblo en guardar el Rey, y ſus coſas, muebles, y raizes.* Vbi Greg. hæc. *Rex habet triplex patrimonium, vnum appellatur fiſcale, puta introitus, & exitus Cameræ fiſcalis. Aliud totius patrimonij Regalis de quo hæc lex.* Statim ſubdit. *Et hæc duo poſuit Bald. in l. 1. C. de hæreditate, vel act. Aliud eſt, quod non habet, vt Princeps, ſed vt priuatus, quod ſucceſſione, vel proſpera fortuna, vel probitate ſua quæſiuit, vt tradit Bald. conſ. 271.*

*De las ampliaciones à que ſe eſtiende la adminiſtracion por mayor de la Real Hazienda, que toca al Virrey del Pirù.*

1. vo-

1.*volun*.Idem Lopez in l.13.tit. 9. p. 6.verb *Reyes*,Gloſſ. 2. ibi: *Rex habet duplex patrimonium*.Et in l.fin.tit.19. ead.p.A quo non longè Mariana de Rege lib.3.ibi: *Enim verò regius cenſus trifariam diuiſus eſt, aut enim ex prædijs gentilitijs pecunia; aut fructuum parte locatis reditus percipiuntur, de inde vectigalia ordinaria,&c.* In quam bonorum Regalium diſtinctionem coincidere aliam video, quam explicuit aureo calamiſtro D.D.Laurent. Ramirez de Prado, ex Equeſtri militia D.Iacobi,& Supremi Caſtellæ, Indiarum, ac Crutiatæ Conſilij, ter Conſiliarius,& vnicè doctus. Qui in ſua Theſſera ad explicationem legis ſuper creandis.11.C.de iure fiſci, fol. 8. ait. *Bona Principis, aut patrimonialia ſunt, aut fiſcalia, & vtraque propria; vel quaſi propria, & priuata Principis. l. 2. §.Hoc interdictum. D. ne quid in loco publico patrimonalia, autem illa ſunt, quæ Princeps poſsidet: habetque propriè, vel in priuato, vel in ſacro patrimonio. Fiſcalia propriè non ſunt in Principis patrimonio.* Poſt.Peregrin.de iur. fiſ.lib.1.tit.1.n.8.& 26.& D. Alfar. Gloſſ.20.n.5.

Ex quorum diſtinctione benè obſeruat eruditiſsimus Conſiliarius ius diuerſos fuiſſe creatos Comites, vnum qui præfectus erat patrimonio, & dicebatur Comes ſacri ærarij, ſiue ſacrarum largitionum, ſiue theſaurorum, l.vnica in fine, C. de Quæſtor.lib.12. l. 2. vt dignit. ord. ſer.l.nullus 2. C. de Palat. ſacrar. largit.& priuat.& tot.tit. C.de Comite ſacrar. larg. Caſsiod. lib. 7. epiſt.22. Alium, qui fiſcali ſubſtantiæ præerat & is Comes rerum priuatarum, vel priuati ærarij dicebatur, l. prædia domus, C. de locat. prædior.lib.11. & fiſcalis ratio priuata, l.procurator, C.de eden. Qui Comes iudex, & gubernator erat priuatæ ſubſtantiæ, l.2. C. de pet. bon.ſubl.lib.12.& de rebus ſpectantibus ad fiſcum conoſcebat, vt colligitur ex d.l.ſuper creandis, & patet ex mirabili loco Aurel.Caſsiod. lib.6.var.8. form. Ergo cum hæ, & illæ res olim fuerint vnius Domini, ſintque hoc tempore, nullusque Magiſtratus illum referat pleniùs, & propriùs, quàm eius vicarius, aut Prorex, nullique niſi illi data ſit hæc poteſtas, non poteſt, non amplecti generalem protectionem, & ſuperiùs gubernium cunctorum bonorum Regalium; vt qui hodie illum, & illum Comiten ad ſe transferat, & vtriuſque munus impleat, maximè cum illa effrænis commiſsio data Ortegæ de Melgoſa, in quam ſuceſsit noſter Prorex nullo margine clauderetur; immo ad omnes opes pertingat, ibi: *Tengais el cargo, y adminiſtracion de nueſtro patrimonio, y hazienda, aſsi ordinaria como extraordinaria, y de todo lo a ella anexo, y concerniente, &c.* Et ſicut prædicta bona, licèt in quibuſdam differant, tamen in eo omnia conueniat, quòd priuilegia fiſcalia indiſtinctè concedantur, tàm pro patrimonialibus, quàm fiſcalibus bonis, ſiue priuatis Principis, l.fiſcus, in fine de iur.fiſc.ibi: *Hoc idem, & Cæſaris ratio habere ſolet, & Auguſtæ*. Ideſt, priuati. Salic.in l.fin. n.25.C.de priuileg.fiſci. Socin. Iunior.conſ.60.n.149.in 3.volum. Peregrin.de iure fiſci. tit.2.lib.1. Conſtant.ad l.1. C.de vendit. rer. fiſcal. libr. 10. num. 24. in eo etiam exæquata ſunt, quod æqualiter curã, & vigiliã Domini Proregis merentur.

Ampliatur 2.hæc adminiſtratio, vt generali quadã ſuperintẽdẽtia, quã ſolam exigere videtur illius termini minimè contenta eſſe debeat, ſed vt continuo minorum officialiũ, arcariorumve induat munus, & eorum exercitia inter ſe diſcreta exercere non dedignetur, nàm & ſic deſcen-

cendens ad minores maior fiet ; & illę habentes talem ſocium, ſeu cõmilitonem in ſuis caſtris magis intenti erũt ſeruitio Regali, maioreſque fructus præſtabũt cũ eo agẽtes. Quo ſpectat textus in l. 1. C. de execut.& exact.lib.12.vbi: Exactores tributorũ,& redituũ fiſcaliũ licèt ſpecialiter ſint diputati huic muneri, *intenti eſſe debent ad Prouinciæ Rectorẽ, & cum eo agant.* D.Prorex Marquio de Monteſclaros in hãc rem in ſua relatione,num.99.ibi: *En mi opinion, el Virrey ha de ſer en el Pirù oficial Real, proueedor, y pagador, y aun à otros miniſtros inferiores debe hazer compañia, y perpetua aſsiſtencia.* Additque vt eius ſucceſſores inuitentur, verba illa digna tanto ingenio. *Sabe Dios lo he deſeado en mi tiempo, atropellando la murmuracion de algunos, que ofendidos de eſta ſobreguarda a ſus ocupaciones, me llamauan deſpenſero de el Rey, y dezian bien, ſi con mi diligencia comprè à vezes lo que ſu Mageſtad ha de comer, que aun eſto creo eſtà ya dependiente de el ſocorro de las Indias, por hallarſe el Real patrimonio en Eſpaña tan acabado, y las rentas de èl, aſsi ciertas como dudoſas, enagenadas, y ſin ſubſtancia, que baſte à oponerſe contra los Hereges.*

Tertiò Ampliatur, ſi animaduertas adeò neceſſariam eſſe præfatam curam,& ineuitabilem, vt vel minima quæque contemnere nõ debeat gubernator, ſed in materia rei familiaris exiſtimare eſſe maxima, quæ minuta videãtur: theſauri enim Regales hinc, inde, corrogantur, plurimis minutis coaceruatis. Nam vt eſt intrito dicterio, *ex multis paruis aceruus erit*,& flumina augentur paruos bibentia riuulos, iuxta illud, *Flumina ſæpè vidi paruis de fõtibus orta.* Vnde Iuſtinian. Nouell.24.de Præſide Piſidiæ in princip. *Ex paruis adeò que minutiſsimis principijs amplam conſtitui Republicam, adiuncta illi has, & illa ſubacta Prouincia, immò toto ex inde terrarum orbe.* Iuſtinian. in Edicto 13. *Minima quæque ſua cura dignatur*, in præfatione. refert Hillig. in Donello de florato, libr.21. capit.9. lit. L. Caſsiod. agens de ſtipendijs neceſſarijs 9.variar.epiſt.13.ibi: *Regalia quamuis parua, &c.* Plin. ſecundus lib. 4. epiſt. 12. nuntians Arriano quæſtiunculam tangentem ad ærarium circa ſalarium ſcribæ defuncti inferẽdum, ait. *Parua quæſtio, ſed tamen quæſtio.* Anton. de Herrera in lib. competentiar. Milanenſ. tractãs de vſurpatione Regij patronatus (prætioſioris lapidis Regiæ coronæ) defenſati neruosè,& ſtrenuè per Comeſtabilẽ Caſtellæ D.D. Petrũ de Velaſco, ſemperque defenſandi cẽtumbrachijs, illa effatur. *La mas minima parte arraſtra el Imperio.* Ideò in ſacris literis Diuus Lucas in Euangel. cap.16. num. 10. & 11. quoad fidem adminiſtrationis minima, & magna compoſuit, ibi: *Qui fidelis eſt in minimo, & in maiori fidelis eſt: & qui in modico iniquus eſt, & in maiori iniquus eſt.* Videtur aſſecla effati Caſiodor.2.var.12.ibi: *In qualitate eſt, nõ in quantitate peccatum; ſi quidem menſuram non quærit iniuria. Imperium ſi in paruo contemnitur, in omni parte violatur.* In qua mente, & ſenſu credo accipiendam, O filij opinionẽ, de qua in l. vulgaris. 21. D. de furtis, qui totius aceruì furem eſſe putabat, qui ex aceruo frumẽti modium ſuſtulit: nam ex ſententia Trebatij, qui aurem alicuius tetigit, totum eum tetigiſſe videtur. Dueñas regul.395. cum præced. Gomez in l. 45. Tauri num.35. Ex quo colligit Couarr.1. var.cap.3.num.12. pro minima quãtitate iure actionem dari, eamque precipuè dandam in minimis in fauorem minoris, cui fiſcus æquiparatur in materia reſtitutionis, lex 10.tit.19.part.3.ibi: *Porque los bienes*

de

*de las Igleſias, y de los Reyes,&c.* De quo latiùs alibi. Docent iura aperta in l.minoribus 6. D. de minoribus, ibi:*Cũ de bonis eorum aliquid minuitur.* Quod verbum *aliquid* etiam in minimo verificatur, l.patri 27. §. 2 de minor.ibi:*Si minore prætio quàm opportet vendiderit*,l.ſcio 4. D. de in integrum reſtitut.ibi: *Propter ſatis minimam rem, vel ſummam.* Et l.ſi proprietarius 22. de damno infect. *et ſi minimum damnum detur.* Donell. lib.21.comm.c.9 & c.12. & ibi. Oſſualdus,qui oppoſitis benè occurrit Ant.Faber,in ration ad d.l.4. & l. ſi ex cauſa 9 de minorib.Menchac.illuſtr.caput 34.Pinel in l.2.C. de reſcind 1.part.cap 1 numer.26. Padill. in l.Quamuis in lucro num. fin. C. de iur.& fact ign. Menoch. caſu 75. de arbitrarijs. Couarr var. 1.cap.16. Coſta in §. Et quid ſi tantum part. 2.num.78 vſ.38. Et quoniam in hac re arbitrio iudicis plurimum tribuunt Azor.in ſumma, C.de minoribus.Menoch.de arbitr. d.caſu 75. Eſcob.variar.comput.cap. 6. num. 10. & ſeqq. & Vvezembec. conſ.3. num.76.inſpectis circunſtantijs negotij geſti,& qualitate litis, & perſonæ,diues an pauper ſit?Nam vt ait Oſſuald.d.loco, lit. M. *Leue eſt locupleti,& aſsiduo, quòd pauperi magnum*, l.ſed etſi 52.§.ſed etſi proponas, D. de iudicijs. Accurſ.in §. ſi ea eiuſd. legis,in Gloſſ. modica. Vnius libr. 1.comm.opin.31. Pro Indis ſemper ego conſulerem in propoſito; vt qui natura,& conditione pauperes, ac miſerabiles,ſchedula data die 27. Octobr.an.1626.Gloſſ. 8. ad fin. in l. 48. tit. 6. p. 1. Dominus D. Ioan.de Solorzan.qui plures refer, lib. 1. de Ind.guber.cap.27.Illuſtriſ.D. D.Felician.a Vega,cap.Paſtoralis, n.26. de iudic.& c.ex parte, n.19. de for. compet. Quorum inopiæ conuenit illud Iuſtin.in Nouell.69.cap.1. ibi: *Quid enim duriùs quàm læſum circa ſublationem bouis, aut equi, aut iumenti alicuius,aut (vt exiguum dicamus) domeſticæ gallinæ.* Et illud Vlpianeum, in l.illicitas 6.§. Ne tenius, D.de offic.Præſidis,ibi: *Ne tenius vitæ homines lumine unico,vel breui ſuppellectile,&c.* Etſi mauis vlterius progredi, audi Martialem lib.6 epigr. 19. adũbrantẽ lites, & anguſtã remIndorũ.

*Non de vi,neque cæde,nec veneno,*
*Sed lis eſt mihi de tribus capellis*
*Vicini quæror has abeſſe furto.*

Id quod euincit, vel in minimis Indos fauendos & enixè tutandos,ſuffragante magno Caſsiodor 7.variar. formul. 14. qui in ſimiles eam reddit rationem.*Tenues leui diſpẽdio vulnerantur, quando vel mediocri iniuria totum videtur amittere, qui exiguum cognoſcitur poſsidere.* Vt liceat effundere in eorũ plagiarios,& iniurios, quòd Tibul.lib.1.

*At vos exiguo pecori fureſque lupiq;*
*Parcite,de magno eſt præda petenda grege.*

In qua cauſa non minori cura dignum iudico gregem Dominicũ,ſiue Regiam gazam; cùm ſi benè expendantur obligationes,neceſsitates,& varij publici nexus, quibus illa tenetur,nullus ex priuatis Rege pauperior inueniatur;aut nulla res quantumvis minima ei deſinat eſſe proficua,& cõpendioſa: qua propter ait P.Cauat.lib.2.c.10.de perfect.prud. *Minutatim tributa collecta, & cautè à gubernatoribus aceruata euadere in aceruum maximum.* Et D. Marquio Monteſclarenſis d. relat. numer. 99. *Y eſtè cierto empleará muy bien ſu autoridad, y deſvelo quando cargue el cuidado ſobre qualquiera menudencia, fiandola à medias de quien por oficio la deue tratar.* Cuius maximum exemplar reliquit D.Marquio D. Franciſc. Pizarrus, qui in cõflatione quadam auri Regij quinti ſuæ Maieſtati illo anno emitten-

tendi ſucciduum granum è fuſſorio prolapſum ore ſuſtulit, vt refert ex authoritate antiquorum annalium noſtri Regni D. D. Ferdinandus Pizarrus, multi iugatinctus literatura, in vir. illuſtr. c. 5. fol. 174. ibi: *Dõde hizo aquella demonſtraciõ, no baſtãtemẽte alabada, de alçar el grano de oro q̃ ſecaìa cõ la boca, y reſpõdiò à los que ſe lo notarõ, que en eſto queria dar à entender la eſtimaciõ q̃ ſe auia de tener à las coſas deſtinadas al Real ſeruicio.* Tandẽ vt hanc ampliationem claudã, velim è tractatu iſto relegari proloquium Iuſtiniani, in Nouell. 29. de Prætore Paphlagoniæ, cap. 5. ibi: *Nihil enim in paruo magnũ exiſtere, tùm à noſtris maioribus dictum eſt, tùm nos ex ipſis iudicauimus, probauimuſque factis.* Nam etſi inuicem opponantur paruum, & magnum, exiguum; & maximum, tamen vt accidere ſolet dignitati, & iuriſdictioni, quæ nõ ſtatim, vt naſcitur plena eſt, ſed paulatim, & per gradus incrementa capit ad inſtar ſolis, qui incunabilis pleno lumine non ardet; ſic res familiaris cõponitur, & creſcit, & de vno nũmo, cuius non habetur ratio, in l. ſi quis 46. D. locati, ratione text. in l. ſi quis 10. §. vlt. de acquir. poſſeſ. vbi Duar. Donell. lib 13. comm. cap. 1. libr. 1. Hypolit. ſing. 82. Couarr. 2. variar. caput 19. num 7 Gom. 2. tom. cap. 2. num. 35. ad ingentes peruenitur aceruos, adeò vt ſemper interſit adminiſtratoris, vt muneri ſuo faciat ſatis, minima non reſpuere, ſed profiteri, quòd Plin. ſecundus libr. 8. epiſt. 2. tractans de adminiſtratione ſuorũ prædiorum. *Mihi autem egregium quidẽ videtur, vt foris ita domi, vt in magnis ita in paruis, vt in alienis, ita in ſuis agitare iuſtitiam.* Nam & nos ex particulis minimis conſtamus, vt ait. Alfenus in l. proponebatur. 76. de iudicijs. *Et publicæ rationes perdifficiles minutias colliguntur.* Caſsiod. 11. variar. 37. Liuian. declam. 29. *Acuratam in paruis diligentiam, maiorum eſſe conſeruationem.* Facit apophthema Coſmi Medices: *Se io non teneſsi conto de le coſe picole, non potrei far le grandi.* Botero de detti lib. 1. fol. 31.

Quartò ampliatur hæc adminiſtratio, ſeu iuriſdictio patrimonialis vt ſoli Proregi cõpetat; excluſis cæteris magiſtratibus, adeò vt non tàm potior, quàm ſolus reperiatur, quòd licèt ſit nimis graue (nam onus diuiſum eſt tolerabilius) tamen benè facti gloria angores oblinit, laſsitudinem abſtergit; atque adeò, qui eam priuatiuam dixerit, & incõmunicabilem, haud errauerit meo iudicio. Primò, quia electa eſt induſtria ad munus æconomicũ, l. nec ciuitatis. 74. D. de procurat. l. neque 11. C. eod. tit. Nam inter artifices gubernij lõga differentia eſt, & ingenij, & naturæ & doctrinæ, & inſtitutionis, l. inter. 31. de ſolut. l. vnica, §. ſin verò talis, C. de cad. toll. ibi: *Sin verò talis eſt conceptio verborum, & facti natura, vt quod relitum eſt, ab alio impleri non poſsit.* l. ſeruus ſi hæredi in fine de ſtatu liber. text. quem commendat D. Solorz. lib. 2. de Ind. guber. caput 25. numer. 27. in cap. extirpandæ, §. Qui verò de præb. ibi: *Non per Vicarium, ſed per ſe ipſum.* Singularia mihi iura diùque obſeruata in Nouell. 29. cap. 2. ibi: *Sed neque Vicario in locum ſuum, omnino enim hoc ipſum prohibemus; ſi quidem turpè eſt, vt quandiù ipſe in Prouincia ius reddit, interim alteri quoque vices ſuas contra legem committat: Sed ipſe omnia diſpenſabit, & plublica tributa ſumma cum animi promptitudine profligauit.* Et in Nouell. 30. de Proconſ. Capadociæ, cap. 7. ibi: *Neque item in locum ſuum dimittet Vicarios.* l. ſi non ſortem 26. §. libertus, vſ. Sed ſi, de condict. indeb. l. Nemo 5. de duobus reis, l. Continuus 128. §. Si ab eo de ver. obl.

l.1.de officio eius. Doctores in cap. pro debilitate,& cap. fin. §.1.de officio delegat.vbi præcipuè Felin. D. Lopez in Gloſſ. fin. per text. in l.9. tit.8part.5.& Gloſſ.1. in l.16. tit.18. part 3. & in l.2. per illum textum, d.tit.18. Anton.Gom.2. variar.cap.10.num 22.& cap. 11. num.20. Alfan.collect. 708. Menoch. de præſumpt. 2. præſ. 21. & liber. 6. præſumpt. 92. & de arbitr. lib. 1.quæſt. 68.& lib. 2.caſ. 205. Roman.ſing. 663. Dueñas,reg.128.lim. 2.Rebuf. in pract. fol.66. num. 73.Iuvat, quia vbi electa eſt induſtria cauſæ delegari non poſſunt , etiam à delegato Principis,cap.is cui , de offic.deleg. in 6.vel vbi confidentiam ſpectauit Princeps.Butr. conſ. 28.in fin. Crauet.conſ. 303. numer.2. Bald.conſ. 128.libr.3.Capic.deciſ.151. Laudens de official.Dominor.vbi locumtenens non poteſt facere locum tenẽtem:de quo etiã extat Regia ſched. impreſ.lib.1.fol. 253. data Valliſol. die 19 Marc. ann. 1550. vbi Prorex prohibetur ſuum munus ſubſtituere etiam valetudinarius: licèt Prorex Siciliæ id poſsit facere.Ponte in tract.de Poteſt.Proreg.tit. de aſſenſib.tit.7.§.6.Maſtril.de magiſtr. libr. 1.cap.6.n.165.conferunt, quæ tradit de tutoribus Oſſuald.in Donell.lib. 18.cap.12.lit.R. Et Ant.Faber,in d. l.nec ciuitatis,de procur.& quod de œconomis,Syndicis , rerum Eccleſiaſticarum , adminiſtratoribus, & alijs defenſoribus rerum publicarũ ſcribit Duaren.cap.6.de procur. Sichar.in d.l.11. C.eod.& Pinel.in l.1. C.de bon.mat.par.2.n.66. Vid.l.49. tit.5.lib.2.& l.4.tit.9.lib.3. Recop. & ibi: Azeued.

1 Obſtat tamen Regia ſchedula tranſmiſſa ad Regium Senatum Limenſem anno 1559. qua Rex noſter maiorem adminiſtrationem, ac patrimonij ſui curam ei commendauit his fere verbis. *Que aueriguaſſe , y ſupieſſe, ſi los oficiales Reales vſauan ſus oficios como deuian, y eran obligados, y ſi tratauan, y contratauan, y ſi por eſta razon auia ſucedido algũ fraude en la abaliacion para cobrar los Almoxarifazgos, y ſi auian comprado por terceras perſonas alguna coſa de la Real hazienda, y ſi en la cobrança de quintos, y tributos auiã tenido alguna negligencia ; y ſi eſtuvieſſen culpados, hizieſſen juſticia, llamadas, y oìdas las partes, y q̃ el fraude q̃ huuieſſe recibido la hazienda ſe cobraſſe. Y tambien ſupieſſe ſi eſtaua algun dinero fuera de la caxa, y que fidelidad auia en ella, y lo hizieſſe baluer, y guardar lo cerca de ello proueìdo, &c.*

2 Nec mirum cùm penes Senatum diſpenſatio ærarij populi Rom. olim fuerit primum, licèt poſtea penes Imperatores. Cicer. in Vaticin. ibi : *Eripueras Senatui ærarij diſpenſationem , quam nunquam populi Roman. appetiuit.* Dion. lib.53. refert Aſchaffemb. in conſ.pro ærario claſ.1.ord. 10.

3 Ergo vel hæc iuriſdictio priuatiuè ſpectat ad Senatum cum natura illius indiuidua non patiatur exiſtentiam penes duos ad inſtar dominij cui æquiparatur, l.Qui furere 10. de ſtatu homin. vt quod non poſsit eſſe inſolidum penes duos, cap.inter dilectos de fide inſt.l.ſi vnus,§.ſi duobus vehicum. D.commod. ſicuti, nec poſſeſsio; *non magis, quàm vbi ego ſedeo, vel ſto, tu ſedere, vel ſtare videaris:* induceret enim ea res penetrationem dimenſionum , quam Philoſophi nunquam admitterent , vt contra Sabinum , & Treb.ex ſententia Labeonis rationatur Iulius Paul. in l.poſsideri 3.§.ex cõtrario, de acquir.poſſeſſ.Menchac. ſuceſ. creat. §.1.num.22. Anton. Gom. in l.45. Taur. numer.193. Donell.liber 15. comm.cap.32. *Nam & contra naturam eſt, vt cùm ego aliquid teneam , tu*

quo-

*quoque id tenere videaris*. Idem I.C. ait, Tiraq. ceſſante cauſa. limit.1.n. 72.Bocr.deciſ.28.l. Decreto. 24.de adminiſtr. tit. ibi : *Etiam vni agere permiſſum eſt , quia duo ſimul agere non poſſunt*. Et in materia iuriſdictionis, ne ad exteras effugiamus , l. meminiſſe 10.de officio Proconſ.ibi: *Cùm ſi vnus Proconſulatus*. Et vbi priuatiuè alicui datur iuriſdictio, maior ſe intromittere non poteſt. Ruin.conſ. 7.n.6.lib.4.Roman.ſing.21.Gramm. deciſ.30.num.9.Felin.in cap. Paſtoralis limit.3.de offic. ord. Menoch. de arbitr.quæſt.40.n.7.

4 Conferunt tradita à Doctoribus in cap.ſtuduiſti de officio deleg. vbi per ſpecialem commiſsionem Principis factam non habenti iuriſdictionem derogatur iuriſdictioni iudicis ordinarij. Gloſſ.1. in cap.per hoc de hæretic. lib.6.ſequitur Anchar.Ioan.Monach.Ioan. Andræas, ibi : Et facit text. in extrauaganti Benedicti incipit. Ex eo de hæretic. Auend.in cap.5.Prætor.numer.1.vſ. quod limito , lib.1. vbi citat Felinum. Abbat.& alios. Afflictis, deciſſ. 41.Azeued.in Rubr.tit.13.lib.3. Recop.nu.11.optim.in l.11. C.vbi cauſ. fiſcal.Doctiſ. Auguſtin. Barboſ. nu. 2.Garcia de nobilit. Gloſſ.1.num.5. Pacian. de probat. libr.1.capit.31. à num.56.

5 Vel ſaltem dicendum eſt acumulatiuè conceſſam eſſe, ſi quidem quando datur iuriſdictio , viſum eſt eam dari acumulatiuè , non autem priuatiuè, ſecundùm Abbat. in cap. cæterum,num.7.de iuditijs.Felin.in d.cap.Paſtoralis,num.1. & ſeqq. Decius conſ.3.num.3.Thom. Gramm. Deciſſ.Neapolit. 30. numer. 1. cum plurib.ſeqq. Notat Bald.in l.1.de offic.Conſul.& in l. fin. de offic. Proconſ.per textum in l. 1. C.de officio Præfect.vrbis. Angelus in l. teſtamēta , C. de teſtament. idem Bald.in auth.habita.7.C. ne filius pro patre; Greg.Lopez,in l.24. tit.9. part. 2. Gloſſ.6. Garcia, in tract. de Nobilitat.Gloſſ.1.num 5.Franch. deciſ.88. & Menoch.ait 2.præſumpt.18.num. 21.quòd quādo odio certarum perſonarum iuriſdictio alteri iudici tribuitur, cumulatiuè illam concedi. Oſſuald.in Donell. lib. 17. cap.9. litt.N.omnino videndus.

6 Verum dicta ſchedula an.1559. obſiſtente nihilum; iuriſdictionem Domini Proregis in hac materia priuatiuam , eſſe negauit nemo, qui inſtructiones viderit , ſchedulas legerit, ac praxim, & conſuetudinē nouerit, abſque aliqua iuriſdictione Senatus, vt conſtat tùm ex vetuſtis Regijs ordinibus , tùm ex nouiori contento in quodam capite Regiæ epiſtolæ Miſſæ ad Audientiam Regalem ciuitat. Limenſ.die 5.Octob.an. 1626.ibi : *Y aunque es aſsi, los negocios tocantes a mi Real hazienda tocan al Virrey , al qual ſe eſcriue, que prouea en ello lo que conuiniere*.

7 Ad dictam ſchedulam reſponderi poteſt, iuriſdictionem in ea cōceſſam delegatam fuiſſe, ac per modum ſtrictæ commiſsionis tributā Senatui, tempore quo iuriſdictio D. Proregis ſopita fuerat in capite Comitis de Nieua, ann.1559.& omnino transfuſſa in Commiſſarios creatos per Conſilium ſacri patrimonij, qui emiſsi fuerant ad gubernandam ſubſtantiam huius Regni, vt iam ſupra retulimus; quo tempore viſum fuit nō inconueniens , vt licèt dicti Cōmiſſarij venierant tractaturi de omnimoda adminiſtratione maiori; Senatores Limēſes inquirerēt in rationales regios, & in eos plecterēt, ſi in delictis deprehēderent aliquos, & vſurpatam pecuniam regalem per eos, exigerēt, ac reſtitui facerent regio ærario: vt ſic melius , & pacatius cuncta diſpoſita inuenirent Commiſ-

miſſarij, adeò vt ſine alio impedimē-to, & diſtractione inciperent admi-niſtrare & colligere Regiam gazā, vt inde euincatur pro illa vice con-ſumptā fuiſſe effectā iuriſdictionē, nec ampliùs progredi debere, argu-mento textus in l. boues. §. hoc ſer-mone, D. de verb. ſignific. Coſta in §. ſi arbitratu, leg. Gallus de lib. & po-ſthum. ampl. 12. numer. 13. Dueñas, regula 24. Tiraquel. retract. ling. §. 8. Gloſſ. 7. à numer. 3. Iaſſ. in l. Duo-bus, §. ſi quis, num. 2. de iure iur. Pi-nel. in l. 1. 3. part. num. 63. Rochus iu-re patronat. verbo honorificū, quæſt. 10. numer. 35. Hipolit. rubr. de fi-deiuſſ. num. 98. Boetius deciſſ. 137. num. 2. Ex dictis, & illa ampliatio exoritur non inutilis, nempè pote-ſtatem iſtā ſuperiorem nūquam adi-mi, ſeu corrigi ob id quòd alijs ad-miniſtris, licèt ſint ex Senatoribus quæſtoribuſve, immò ipſi Senatui aliqua portio, vel pars, ſpecialiter cōmittatur: nā generalis cura, ſeu ſu-perintēdētia (vt dicūt) ſemper eſt pe-nes D. Proregem, c. 14. epiſt. ad D. D. Franc. à Toledo. Pardi, data die 17. Octobr. ann. 1575. ibi: *En lo que os agrauiais de auerſe cometido à la nueſtra Audiencia, y Alcaldes de los Reyes, para que hizieſſen embiar cada año lo que eſtà conſignado para la paga de los ſalarios de los de el dicho nueſtro Conſejo; no por eſſo ſe os quita la ſuperintendencia en ello, para que lo hagais cumplir, y aſsi lo hareis, como eſtà mandado.* Ad quod notari debet dictum Bart. in l. 1. C. de offic. Præfecti vrbis, quòd licèt in ciuitate fiat vnus officialis ſpecia-lis ſuper aliquo miniſterio, non per hoc tollitur iuriſdictio, quam habet poteſtas habens generalem iuriſdi-ctionem. Villa-Diego in trat. de le-gibus, quæſt. 8. num. 10. 11. & 12. vbi citat ad hæc textum in l. Magiſteriæ, C. de iuriſdict. omn. iudicum, ibi: *Etiam ciuilium quæſtionū audiendi cō-cedimus facultatem.* Sed melior tex-tus, ac creta ſignandus in d. l. 1. C. de offic. Præfect. vrb. vbi Imperatores Valentinianus, & Valens. *Et ne præfectura vrbis abrogatum ſibi aliquid putaret, ſi totum ad officium annonarium redundaſſet: eidem præfecturæ ſolicitudinis neceſsitatem mandamus: Sed non ita vt lateat officium annonariæ præfecturæ, ſed vt ambæ poteſtates in quantum ſibi negotij eſt, tueantur ciuilem annonā, ſitque ſocietas muneris, ita vt inferior gradus meritum ſuperioris agnoſcat; atque ita ſuperior poteſtas ſe exerat, vt ſciat ex ipſo nomine quid præfecto debeatur annonæ.* Georg. Cauedo omni-no videndus 2. part. deciſſ. 13. num. 5. Sic Tiberius Imperator apud Ta-citum lib. 3. Annal. *Vt cæteros quoque magiſtratus ſua munia implere vellim, mihi autem neque honeſtum ſilere, neque proloqui expeditum, quia non Ædilis, aut Prætor.* Non inferior textus in Nouell. 60. cap. 1. §. 1. vbi in cauſa prohibiti ſepulchri iuriſdictio tri-buitur Magiſtro officiorum, & Præ-fecto Prætorio, nec Præfecti vbi (cu-ius antea de eo notio, l. 1. princ. de offic. Præf. vrb.) ob id minuitur ius, aut reſtringitur.

## CAP. IV. CASVS I.

### De varijs caſibus maioris ad-miniſtrationis rei Principalis, & in primis de eo qui ad con-uentus, & tractatus ga-zæ Regalis ſpe-ctat.

*Varios caſos de la adminiſtracion por mayor. El primero de los acuerdos de hazienda.*

1 HIS ita amplificatis ſequun-tur caſus, qui pertinent ad ſuperiorem adminiſtratio-nem Regij patrimonij.

B Tene-

Tenetur in primis D. Prorex proſequi conuentus rei familiaris diebus Mercurij cuiuslibet hebdomadis, collatis cũ eo, vno ex auditoribus Regijs, vno ex calculatoribus, & altero ex rationalibus ſimulq; Regio aduocato. Quod inuẽtũ à Præſide Gaſca augendi ærarij cauſa, eius ſucceſſoribusnuſpiã intermitti præcipitur. Sic in quodã c. Regiæ epiſt. Miſſæ ad D.D. Franc. à Toleto, die 6. Februar. ann. 1571. ibi: *E proueereis, que en el acuerdo que ſe haze los Lunes con el Gouernador, como lo dexò ordenado Gaſca, lo que ſe tratare ſea para el beneficio, y aprouechamiento de nueſtra hazienda.* Quo tendit ord. 65. huius Limenſ. Senatus, ibi. *Y el Oydor mas antiguo, juntamente con nueſtro Fiſcal, y los oficiales de nueſtra Real hazienda, y vno de los Eſcriuanos de ella traten de capitulo en capitulo los dichos negocios, y pleytos por el dicho libro.* Ad exemplar ſupremi Indiarum Conſilij, cuius ordinatio 28. ait referens cuiuſuis diei exercitia Senatoria, ibi *Y los Miercoles las coſas de hazienda.* Sunt & alia Regia præcepta in hanc rem, quæ extant impreſſa in 4. tom. ſched. fol. 238. Item eſt, cap. 62. inſtructionis Proregum, præſertim, datæ D.D. Ludouico à Velaſco. D. Alfarus de officio fiſcalis, Gloſſ. 6. priu. 50. ibi: *Vnde in his Indorum partibus conſuetudine receptum eſt, vt dies Mercurij cauſis fiſcalibus aſsignetur: intelligitur, in quibus fiſcus intereſſe pecuniarum prætendit.* D. Princeps Squillacenſ. in ſua relat. num. 120. D. Marq. de Monteſclar. in ſua relat. numer. 98. ibi: *Por coſtumbre introduzida deſde el Preſidente Gaſca, ſe hazen acuerdos en que aſsiſte el Virrey con el Fiſcal, y oficiales Reales, y yo he llamado à ellos vn Oydor: tratanſe alli algunos puntos de la adminiſtracion de eſta hazienda: tiene ſu Mageſtad mandado ſe eſcuſen quando no huuiere conocida neceſsidad.* Sed vbi arctius iubetur haberi hoc Conſilium ſub interminatione caſus reſidentiæ, ac curari à fiſci aduocato, ne omittatur, eſt in quadã Regia ſchedula, Pardi, die 27. Februar. 1620. vbi enuntiantur res, quæ tractantur frequentiùs in huiuſmodi conſeſſu.

2 EL REY. *Mi Virrey, Preſidente, y Oydores de mi Audiencia Real de la Ciudad de los Reyes de las Prouincias del Perù; por vn memorial de aduertencias, que vn miniſtro mio de eſſas Prouincias, celoſo de mi ſeruicio, me ha embiado, he entendido los grandes inconuenientes, que ſe ſiguẽ à mi Real hazienda, de que luego que los Virreyes que yo embio à eſſe Reyno, antes que adquieran la noticia que ſe requiere del eſtado de las coſas de èl, gouiernan por ſolo ſu parecer, y que aſsi para remedio de ello convendria tuvieſſe tres miniſtros capaces, que fueſſen vn Oydor, vn Contador de quentas, vn Oficial Real, y con ellos el Fiſcal de eſſa Audiencia, hizieſſe cada Miercoles vna junta, en que ſe trataſſe por mayor de la adminiſtracion de mi hazienda; y que mis rentas Reales ſe arrendaſſen, y encabeçaſſen con tiempo; y que las que ſe adminiſtran en fialdad ſe mejoren de orden, ò de miniſtros, y las cobranças que retardan los Corregidores, y oficiales Reales, ſe auiuen, y adelanten; y ſe vendan los oficios, y demas coſas vendibles; y los Almoxarifazgos no ſe defrauden; y la fabrica de los Galeones, y compras de los pertrechos ſe ajuſten, y ſe minoren los gaſtos que ſe pudieren. Y porque*

quiero

*quiero ſaber lo q̃ acerca de lo ſobredicho ay, y paſſa, y en q̃ forma ſe cũple con la ordẽ que eſtà dada, acerca de las juntas de hazienda, que ſe han de hazer para la adminiſtracion de ella; y ſi el medio q̃ ſe me propone, de que ſe forme la junta referida, ſerà à propoſito para el efecto que ſe pretẽde, ò tiene algun inconueniente, qual, y porque cauſa, os mando me embieis relacion ſobre ello con vueſtro parecer; y que en el entretanto antepongais la execucion de lo que en la dicha razon eſtà ordenado à todo lo demàs de vueſtro cargo, ſin diſpenſar en ello por ninguna cauſa, por vrgente que ſea, que por la preſente mando al mi Fiſcal deſſa Audiencia tẽga particular cuidado de acordarlo à vos el Virrey, y para que mejor ſe execute, ſe os aduierte, que en la reſidencia que ſe os tomare, ſe os põdrà por capitulo la omiſſion, deſcuido, ò negligencia que en ello huviere auido. Fecha en el Pardo, à 27. de Febrero de 1620.*

3 Huius ſchedulæ meminit quoddam caput Regiæ epiſt. miſſæ ad noſtrum D. Ludouicum Hẽriquez, cùm eſſet fiſci aduocatus meritiſſimus Limenſis Senatus, die 14. Octobr. an. 1626. ibi: *He viſto lo q̃ dezis en razon de lo que tengo mandado por cedula de 27. de Febrero del año de 620. ſobre que los Miercoles aya acuerdo de hazienda, y que vos tẽgais cuidado de acordarlo, y los que ſe han de hallar en el dicho acuerdo, eſtareis aduertido, de que en eſto ſe ha de guardar lo que tengo proueìdo en la ſobredicha cedula.*

4 Cuius fundamentum in eo nititur, quòd negotia magna, vt ſunt hæc meliùs expediuntur, feliciorẽque exitum venantur, & tractatu, & conſeſſu plurimorum. Nouella Friderici incipit habita, quæ à Gothofredo poſita eſt in calce tit. C. Ne filius à patre, ibi: *Habita ſuper hoc diligenti inquiſitione Epiſcoporum, Abbatum, Ducum, omnium iudicum, & aliorum procerum ſacri noſtri Palatij, &c.* Elegãs, & ſingul. locus Vlpiani, in l. Diui. 17. de iure patron. ibi: *Sed cum, & ipſo Mæciano, & alijs amicis noſtris iuriſperitis adhibitis, pleniùs tractaremus*, l. vlt. C. de fideicomm. ibi: *Vt per ampliores homines veritas perfectiſſima reueletur*, C. de quibus 20. diſtin. ibi: *Faciliùs namque inuenitur, quòd à pluribus ſenioribus inquiritur*, cap. ſunt nonnulli 25. ibi: *Tantorum Patrum*, c. ne innitiaris 5 de conſt. cap. 1. ibi: *Non de lege, &c.* De decimis. c. 2. ibi: *Doctorum Patrum ſententiam teneat.* De Præsbit. non baptiz. c. Nouimus, ibi. *Opinio à pluribus approbata.* De verb. ſignif. Clement. 1. verſ. Quòd etiam, de ſentent. excom. Vbi integrum iudicium habetur, quòd plurium ſententijs comprobatur. Ariſtot. 3. Polit. 11. *Sicuti cœna collatis plurium Symbolis apparata melior, quam quæ vnius erogatione, ita iudicium multorum expertium de operibus artis ſuæ, acriùs, meliuſque cùm in vnum omnes collati veluti vnus homo, ſed cui plures oculi, manus, pedes, ſenſus conſiderentur.* Hi enim ad miniſtri non pauci congregũti ad tractandum de amplificatione Regiæ gazæ, certo iudicio rem expendentes labi, & errare difficiliùs, quàm vnus gubernator; nam & ex Plinio ſecundo. *Melius omnibus, quàm ſingulis creditur.* Et licèt in omnibus conſilium maximè neceſſarium, ac per vtile ſit, vt tractat latè, & grauiter Cardin. Paleotus, Petr. Gregor. Magiſter Marquez, Canon herius, & alij innumeri relati à D. D. Ioann. de Solorz. lib. 3. de

de Ind.iure, cap.2.ex num.4. & lib. 4.de Indiar.gubern.capit.12. num. 2. in re familiari omnino eſt adhibendum, vt melius Regi, aut Domino conſulatur. Nam & proinde Adrian.& Alex. Imperatores nihil ſine aſſenſu Iuriſconſultorum egerunt, l. iuriſperitos 30. de excuſat. tut.ibi: *In Conſilium Principis adſumptos*. Oſſuald.Hillig.in not.ad Donell. libr.18.capit.2.ibi: *Ac hodie ſanè eo nihil receptiùs, quo Principes ipſi, conſultis facultatibus iuriſdicis Collegijs ſententiam ferre ſolent.* Et Plinius ſecundus lib.3.epiſt.19.ait, *aſſumo te in Conſilium rei familiaris.* Sed caueant prudentes ad lecti ad huiuſmodi aſſeſſum, ne adulatione Regia captati, vt eius opes augeant, iniquè conſulant, vt ad l.Regiam 7. tit.18. par.4.ibi: *E eſto deben hazer ſin liſonja ninguna, no mirando ſi le peſarà, ò le placerà*, monet.D.Lopez, Gloſſ.3. ibi: *Multi tales reperiuntur hodie, qui ſolùm nituntur ad danda Conſilia pro extorſione pecuniæ*, aliàs, qui congregantur, & adhibētur Proregi vti ſub adiuuæ, euerſores erunt iuſti compendij principalis.

5 Quam autem rationem habeat Mercurij dies, vt potius in illo, quam alio celebrari iubeantur dicta Conſilia? ſi quis quærat, nil reſpōderi poſſe autumo, quàm illum diem huic otio dicatum; quia cæteri alijs negotijs deſtinati, niſi facetè dicamus Mercurium præeſſe lucro, & incrementis rei familiaris. Plaut. in Sticho. Act 3.ſc.1.

*Cùm benè re geſta ſaluus conuertor domum*
*Neptuno grates habeo, & tempeſtatibus,*
*Simul Mercurio, qui me in mercimonijs*
*Iuuit, lucriſque quadruplicauit rem meam.*

Profitetur hanc curam ipſe Mercurius apud eumdem Plautum in Amphitr.in Prologo.

*Nam vos quidem id iam ſcitis conceſſum, & datum*
*Mihi eſſe ab Dijs alijs, nuntijs præſim, & lucro.*

Hoc fine coluiſſe maiores Mercurium ſcribit Tacitus. Annalium 13. vnde Perſ. Satyr. 5. Saliuam Mercurialem appellat lucri cupiditatem, & Taubmann.ad Plaut.dicto loco refert Auguſtæ Vindelicorum permanere imaginem Mercurij in ædibus *Peutingerorum*, ſiniſtra virgulam, dextra ſacculum nummarium geſtantem. Alia Herald.aduerſ. libr. 2.cap.1.Lipſius addit antiquum dicterium. *Clarare, vel ex Mercurij die.*

6 Quæ cauentur, ac diffiniuntur in his Comitijs Mercurialibus ſcribuntur in quodam libro, qui vulgò appellatur, *de acuerdos de hazienda*, & cuſtoditur ab ſcriba maiori gubernationis huius Regni. Et hæc cauta, ac prouiſa à Domino Prorege, & aſcitis miniſtris, vim legis obtinent, & ſeruari debent, dum reuocata non fuerint per eoſdem iudices. Franchis deciſſ.81.num.2.p.1. Afflict.deciſſ.45.num.4.& deciſ.94.n.11.& deciſſ.383.n.8.Caualcan.deciſſ 44. n.1. Gama.deciſſ.33.n.2.& deciſſ. 228. n. 1.D.Ioann.de Solorz.de Ind.guber. lib.4.cap.12.num.92. Curt. Iunior. conſ. 119. Vveſemb.conſ.24. num. 13.Oſſuald.in Donell. libr.26.capit. 2.l.6. Cepol. conſ. 18. ſtatutum ad column. 3. Aluar. Velaſc. conſult. 68. numer. 3. D. Ioann. de el Caſtillo, tom. 5. 2. part. controuerſ. cap.97.numer. 127. Eſt textus proletarius in l. ſi filius, D.ad l.Cornel. de falſ. ibi: *Sic enim inueni Senatum iudicaſſe.* Quamquam Iuriſperitiſsimus D.D. Ioann. Baptiſta Larrea 1. tom. Deciſſ Granaten. diſp.34.ait incongruè hunc textum adduci, vt authoritate deciſsionum Sena-

Senatus duci debeamus; quia potius loquitur de Senatus Conſulto Singularis text.in l. vlt. §. vlt.de aſsignat.libert.vbi ratio. *Quoniam ipſe Senatis huic negotio finem poſuit.* Anton. Fab.in iuriſpr.Papinian.tit.5.princ. 3.illat.23.ad finem. l. anin totum 3. C.de ædificijs priu.verſ. *Præſes probatis his quæ in oppido frequenter in eodem genere contrauerſiarum ſeruata ſunt.* Regia epiſt.Miſſa ad Senatum Limenſ. cap.25.dat.Matr. die 28. Maij,ann. 1621.ibi: *Porque ſemejantes acuerdos tienen fuerça de coſa juzgada.*

7 Scio tamen huiuſmodi difinitiones cum ad æconomiam ſpectent pro temporum ſorte variari, nec in perpetuam firmitatem tranſire, argumento textus in cap.ſtatutum de reſcript.in 6. Anton.Faber, in C.Fabriano,lib.8.tit.16.difin.23. Cornel. Gall.

*Diuerſos diuerſa iuuant, non omnibus annis*
*Omnia conueniunt, res prius apta nocet.*

Trajanus Imper. à Plinio Iuniore conſultus, vt quid in perpetuum ſtatueretur circa illationem honorarij in ærarium pro Decurionatu; reſpondit. *Vniuerſum à me non poteſt ſtatui, id ergo quod ſemper tutiſsimum eſt, ſequendam cuiuſque Ciuitatis legem puto,* lib.10. epiſt. 120. nec mirum *cum ſæpe videas* (aio verbis Barcl. in Argen.lib.1.) *eoſdem effectus pro temporum ſorte nunc virtutes eſſe, nunc vitia.* Sed antequam hinc abſcedamus ſciat fiſci aduocatus, qui inter eſſe iuuetur his conuentibus, ei incumbere curam contentam in hac ſchedula.

8 EL REY. *Mi Fiſcal de mi Audiencia Real, que reſide en la Ciudad de los Reyes de las Prouincias del Pirù. Yo os mando, que de todo lo que ſe tratare, y determinare en los acuerdos de hazienda, que haze el Virrey, donde aſsiſten algunos de mis Oydores, y los oficiales de mi Real hazienda, y vos con ellos; hagais vna relacion donde vais poniendo lo que ſe tratare, y determinare cada dia por vueſtra mano, encargandolo al Eſcriuano q̃ alli aſsiſtiere; y vna copia della embiareis cada año à mi Conſejo de las Indias, para que yo ſepa, y entienda lo que ſe haze en aquel acuerdo, y el prouecho que reſulta del tiempo que alli ſe gaſta; y en eſto no ha de auer falta, porque mandarè tener quẽta, para vèr como lo cumplis, y no lo haziendo ſe proueerà lo que conuenga. Fecha en San Lorenço, à 28. de Agoſto de* 1596. Confirmatur per aliam Regiam ſchedulam, Pardi, die 27. Februarij, ann. 1620.

## CAP. V.

### Caſus II. Circa donationes, & liberalitates de Regio ærario.

1 EST Domino Proregi vetitũ liberè expendere pecuniam Regalem, & facere gratiam, ſiue mercedem illius, vel quoruncumque bonorum ad fiſcum pertinentium. Camerar. in cap. Imperialem de prohibit. feud. alien. per Feder. Corſet. de poteſt. Reg. part. 1. num.18. Maſtril. de Magiſtrat. tom.2. lib.5. capit. 6. numer.151.152. & 153. vbi meminit cuiuſdam Regij præcepti tranſmiſsi ad Proregem Siciliæ *Hazer donaciones, y mercedes de los bienes del Rey.*

ciliæ ſub die 18. Septemb. ann. 1610. Et apud nos eſt Regia ſchedula data Matriti, die 29. Dezemb. ann. 1593. ibi: *Aunque ſea por librança de mi Virrey, Preſidente, y Audiencia ſin particular orden mia.* Et alia ſub die 17. Februarij, ann. 1578. ibi: *No cumplan, ni paguen librança alguna de las q̃ ſin orden nueſtra, &c.* Sunt & aliæ plures, ſed præcipua eſt data Matriti die 13. Decemb. ann. 1617. vbi cauetur ne tumultuariè, & inordinatè Prorex noſter illuſtriſsimus mittat falcem in meſſem aureā ærarij, cuius adminiſtrationem exercit vti Cæſaris procurator, qui tunc dominiū rei Dominicæ, ſeu pecuniæ Regiæ trāsfert, cùm negotium Cæſaris gerens conſenſu ipſius tradit; & qui ſi vēditionis, vel donationisquid agat nil agit, non enim alienare ei rem Cæſaris, ſed diligēter gerere cōmiſſum eſt, ſi credimus Vlpiano in l. 1. D. de officio Procurat. Cæſar. Padilla in l. Præſes, num 5. C. de tranſ. l. contra iuris 28. §. vlt. de pact. ibi: *Etiam ſi maximè quis adminiſtrationem habeat conceſſam, donandi ius eum non habere.* Nam vt ait l. 7. de donat. non enim ad hoc ei conceditur libera peculij adminiſtratio, vt perdat. Dueñas, regul. 353. Xuarez *de las ganancias*, num. 52. Donell. lib. 2. cōm. cap. 4. Pinell. in l. 1. de bon. mat. part. 3. num. 83. Conan. lib. 3. cap. 3.

2 Et quemadmodum tutor, qui inordinatè alienat, non tàm adminiſtrare, quàm ſpoliare dicitur, l. qui fundum 7. §. ſi tutor. D. pro empt. l. tutor. 22. de adminiſtr. & pericul. tut. l. Non omni. 16. C. eodem latè Menoch. de arbitr. caſu 171. Gutierr. de tutel. part. 2. caput 5. Petrus Gregor. 12. ſyntag. 2. num. 15. Anton. Faber, in iuriſpr. lib. 1. princip. 12. illat. 83. & princ. 8. illat. 54. & ſeqq. Donell. libr. 3. comm. cap. 12. Boer. deciſ. 124. num. 5. Mantua. lib. 2. locorum cap. 31. in fine. Gregor. Lopez in l. 4. tit. 5. p. 5. per illū textum, & l. fin. C. de rebus alien. non alien. & l. Non ſolùm, C. de prædijs min. Azor. in ſumm. column. 2. Sic Dominus Prorex, cui tutela, & curatela commiſſa eſt bonorum Regalium, prouidè, & cautè procedere tenetur in diſpenſatione illorum, & intra ordinationum metam ſe continere; vt de more faciunt omnes, qui ad veſtigiū tantæ dignitatis & Regiæ imaginis euecti ſunt, qui fiſcalia cōmoda curantes ſpernunt propria, & tunc ſibi diuites, & opulenti in Hiſpaniam redire vidētur, cum vberiori annua miſsione millionum auri, & argenti Regem noſtrum iuuarūt, ac ſuis anteceſſoribus præcunt: ne cū eis loquatur Edictum 12. Imper. Iuſtin. conſcriptum in Ioannem Scriniarium, qui ob id, quod nulla deprædatione abſtinuit in regione Helleſpontiorum, reuerſus in vrbē Romanam abundans auro, & diuitijs, ſummam paupertatem fiſco, & prouincialibus reliquit. Quòd abſit ſemper in prouincia noſtra, vt hodie abeſt, tenente habenas gubernij, ac Regiæ gazæ præexcelſo D. Marquione de Mācera, qui ſuis natalibus reſpōdens, nullā diem ſine diuite linea abſumi paſſus eſt, quin recuperati aliquid lucri, vel nouiter inuenti Regijs theſauris inferat, veſtigia premens ſui prudētiſsimi anteceſſoris.

3 Ergo vt ad inceptum redeamus, licèt noſter excellentiſsimus Prorex maximum habeat imperium, vt tradit Corraſ. in l. Legato de offic. Aſſeſſ. & poſsit omnia, quæ ipſe Rex cuius vices gerit. l. 1. & 2. D. de offic. eius cui mandat eſt iuriſd. vbi dd. l. ſi Auguſtæ, de legat. 2. l. ſi in aliquam, §. cum pleniſsimum. D. de offic. Proconſ. Bellug. in ſpeculo Princip. rubr. 25. num. 1. Menoch. conſ. 52. Milanenſ. deceſſ. 8. numer. 72-

Fran-

Franchis deciſ.165.& eiſdem priuilegijs,& prærogatiuis fruatur, quibus ipſe Rex,l. vnicuique.C.de proxim.ſacr. ſcri.lib.12. Roman.ſing. 167.& honorari, & obedire debeat, vt Regia perſona,quæ repreſentatur cap.præcipimus 93. diſt. Rebuffus in Praxi,tit.de Vicar. Epiſcop.& ab eo factum ab ipſo Rege factum cenſeatur,l.eos,C.de vſur.Borrel.conſ. 82. Coſta de remed.ſubſid.rem.115. numer.3. Idem Borrell. de magiſtr. edict.lib.1.caput 1.cui adiungendus Raphael Comenſis per eum citatus, conſ.158.&in dubio cenſeatur eamdem poteſtatem habere, quàm Rex, & de eius voluntate ſtandum ſit literis locũ tenentis, tãquam præexcellentiſsim.Paul.de Caſtro, conſ. 203.num.2.& 224.numer.9. Barzaran de feudis lib.2.tit.55.de prohib. fœud.alien. numer.41. & mandatum habeat cum libera etiam in reſeruatis,vt ſcribit Bellug.in ſpecul. princip.rub. 22. §. ſæpiſsimè, num. 3. Adeò quod Proregem reputari Principem eiuſque vici fungi tradant. Marſ.in l.ſi quis obrepſerit.n. 2.de falſis, propter immediatam relationem,& ſimilitudinem, de qua etiam Magiſter Marquez in gubern. lib.1.cap. 7.ibi : *Cuyos cargos tienen mas inmediata dependencia de la perſona del Principe.* Et iuxta illud Apulei in Apologia. *Cùm in eo viſitur imago mire relata.* Caſsiod.lib.6.epiſt. 5. adeò,vt ſecundùm S.Petrum Chryſolog. *Perfecta deuotio, quæ debetur Regi,debetur imagini.* Quæ omnia includit mandatum generale contentum in Regijs literis, quæ dantur ad amplum regimen huius Regni, ibi: *Podais hazer, y proueer en las dichas Prouincias todo aquello que yo hiziera, y pudiera, ſi por mi perſona las gouernara.* Tamen ea non extendi ad deminuẽdũ,impendendum, ſeu depauperandum Regiũ ærarium explorati iuris eſt,vt quæ quid extraordinarium præiudiciale, & incogitabile contineant,quòd comprehendi nõ ſolet. Barzaran.vbi ſupra, optimè Petrus Surdus conſil.210.ex numer.58. lib. 2.Maſtrill.de Magiſtrat. libr.5.cap. 6.num.37.de quo ſunt iura expreſſa, lex vltim. tit.1. part. 2. ibi: *E eſtos oficiales deben vſar de aquel poderio que los ſeñores han, que los dexan en ſus lugares; fueras ende en aquello que les ellos defendieſſen ſeñaladamente que no vſaſſen.*

4 Regia ſchedula ad D. Comitem de Alba de Liſte Proregẽ Siciliæ adducta per Maſtr. d. loco, data die 8.menſis Aprilis ann.1591.ibi: *En quanto à lo primero ſe tiene entendido, que en eſſe Reyno, à titulo de la autoridad que en ſu priuilegio ſe les dà, llamandolos alter nos, diſpenſan en muchas coſas extraordinarias, dandole à aquella palabra vna intelligencia abſoluta, &c.* Et Regia ſchedula tranſmiſſa ad D. Comitem de Nieua Proregẽ huius Regni,die 11.Martij, an.1559.lib.1. impr.fol 295.vbi D.Marquio de Cañete ſibi attribuit quædam Regalia, inter quæ,& illud connumeratur: ſalaria augere in deminutionem arcæ Regalis. Quod deinceps fuit prohibitum ſucceſſoribus.

5 Propterea Vicario, ſeu Principis locũ tenenti deeſt facultas aliquid tributorum remittendi de ærario Regali,l.omnes 4. C.de annona, lib.10.ibi. *Nam ſi quis Vicarius, aut Rector Prouinciæ aliquid iam cuiquam crediderit remittendum, quòd alij remiſſerit, de proprijs dare facultatibus compellatur.* Belluga in ſpeculo Princip.rubr. 46. & 47.Ceuall.quæſt. 906.M.Marquez in gubernat. 1. part. cap. 16.per totum.

6 Nec mirere,cum ipſius Principis conceſsio in præiudiciũ tributorum Regalium, etiam motu proprio facta,nõ debeat ſtatim adimpleri

ri iuxta notata à Gregor. Lopez, in l.29.tit.18. part 3. per illum textum. Sed ſpirari debet ſecunda iuſsio ex Felin. in cap. ſi quando, de reſcript. verbo ſuperſederi, col. 2. & ex praxi, quàm verti dicit in Audiētia Comitum ſacrarum largitionum, qui vulgò dicuntur, *Contadores mayores*, Quòd non tenetur reſpectus ad primam ſchedulam, ſed ad priuilegium datum propter eam, in quo multoties limitantur, & reſtringuntur generaliter conceſſa per primam ſchedulam; & hoc ideò propter magnū præiudicium, quòd ex inde ſequi poſſet in futurum.

7 Vt ſic exiſtimemus graui morbo nullitatis laborare cōceſsiones, ſiue reſcripta in fraudem fiſci ad poſtulationem alicuius extorta, l. neque damnoſa, C. de precib. Imper. offer. auth. vt nulli iudic. in §. Ex hoc verò iubemus, collat. 9. ibi: *Si verò huiuſmodi in ſcriptis iuſsio publicum reſpicit, inquirat eam, et ſi quidem non lædatur fiſcus: quæ in ea comprehenſa ſunt, adimpleat. Si verò ad læſionem eſt fiſci, nihil ſuper ea omnino agi, nuntiare verò nobis primum, vt ſecunda noſtra fiat de hoc iuſsio.* Et in authent. de mandat. Princip. §. Deinde competens, collat. 3. l. 1. C. de petit. bonor. ſublat. lib. 10. l. Quilibet. C. de execut. & exactor. lib 12. l. 3. C. de pagan. l. 2. & vlt. C. ſi contra ius, vel vtilitat. public. cap. cum apud Theſalonicam 11. quæſt. 3. Extant leges conſonantes, in tit. 14. lib. 4. nouæ Recopil. vbi Azeued. Doctores in cap. ſi quando, de reſcript. Robert. lib. 2. rerum iudicat. cap 11. Anton. Fab. in C. tit. 11. dif. 1. lib. 1. Et ratio pendet ex defectu cōſenſus, quem enixa, & importuna inhiatio excludit. d. l. 1. C. de pet. bon. ſubl. Senec. lib. 4. controu. 3. ibi: *Multa extorquentur, quæ nolumus ſcribere.* Refert alios D. Ioann. de Solorz. lib. 4. de Ind. gubern. cap. 10. num. 40. & lib. 2. cap. 8. à num. 51.

8 Cæterum quamquam ita ſe habeant prædicta in generali materia Proregum, neſcio quid ſingulare pro noſtro inductum viderim cum illi conueniat Præfecti Pretorio, & Regis comparatio, de qua Rex Gothus ore magni Aurelij. Caſsiod. 6. var. form. 3. *Quædam enim huic dignitati, & nobiſcum iura communia ſunt. Exhibet enim ſine præſcriptione longinquos, magna quātitate mulctat errantes, fiſcum pro ſua deliberatione diſtribuit. Euectiones ſimili poteſtate largitur, vacanti a bona proſcribit; delicta prouinciarum iudicum punit; verbo ſententiam dicit. Quid eſt quod nō habeat commiſſum cuius eſt, vel ipſe ſermo iudicium? pene eſt, vt leges poſsit condere, quando eius reuerentia poteſt negotia ſine appellatione finire, &c.* Diſtribuit inquam fiſcum pro ſua deliberatione redata ad cācellos arbitrij boni viri, & moderata fræno iuris, & honeſti, ac impendij conſueti. Bald. conſ. 145. num. 6. lib. 5. Menoch. quæſt. 6 10. & ſeqq. lib. 1. de arbitr. D. Valenz. conſ. 36. num. 31. Belluga, in ſpecul. Princip. rubr. 31. §. Quamuis, num. 2. & ibi Camillus Borrelus.

9 Et quidem ſumptus, & impendia poteſt facere de Regio patrimonio in repentinis, ac inexcuſabilibus occaſionibus, quales aduenire ſolēt ex bellis ciuilibus, vel maritimis Piratarū inuaſsionibus, & ſic ſtipēdia præſtare Ducibus, ac militibus tormēta conflare, munimenta, & arma conficere, arces, & fornimenta facere, claſſem conſtruere, & alia ad rem militarem pertinētia prouidere, de Regia pecunia tenetur. Sed præcedente Conſilio Auditorum, & officialium arcæ Regalis ad iuſtificandos hos ſumptus extraordinarios, qui neceſſarij, & ineuitabiles cēſeri debent, vel ex eo quod ad defenſionem, & conſeruationem Regni ſpectant,

ctant, quòd aliàs ærario recluſo, nec communicato maximum periculũ pateretur. Nam & pro inde Romanis fuit militare ærarium de quo Tacit. lib. 1. annal. cuius inuentor fuit Auguſtus. Suet. cap. 49. vtque perpetuo, ac ſine difficultate ſumptus ad tuendos milites proſequẽdoſq; ſuppeteret, illud cum vectigalibus nouis inſtituit Lipſ. in Tacit. lib. 1. nu. 268. Et quod bellorum impendia, & Caſtrorum fornimenta ſint neceſſariſsima, & facienda de Regio patrimonio, tenet Garcia Gallegus, de expenſ. cap. 21. num. 30. cum ſequẽt. Menchac. controuerſ. lib. 1. capit. 6. Bobadill. in Politic. 2. tom. libr. 4. cap. 1. præcipuè à num. 24. alia enim vi humana Regnum non ſtabilitur, nec ſubſtinetur alijs neruis, vt ratiocinatur Leo Imperat. in conſt. 52. vt tàm veterũ Principum, quàm recentiorum, &c. Auth. vt iudices ſine quoquo ſufr. cap. 10. vbi accommodatiſs. locus, ibi: *Scientibus vobis noſtris ſubiectis, quia militares expenſæ, & hoſtium incurſiones multa egẽt diligentia, & non poſſunt citra pecunias hæc agi, cauſa videlicet nullam recipiente dilationem*, l. 1. §. In cauſa, D. de quæſt. l. lex quæ tutores, C. de adminiſtr. tutel. Tacit. lib. 20. Annal. *Neque quies gentium ſine armis, neque arma ſine ſtipendijs, neque ſtipẽdia ſine tributis haberi queunt.* Bobadill. qui plures refert in Polit. lib. 5. cap. 4. num. 1. & ſequent. D. D. Ioann. de Solorz. lib. 1. de Ind. gubern. cap. 13. numer. 31. D. Larrea. Deciſſ. Granat. diſp. 12. num. 61. D. D. Franciſ. de Alfaro de offic. fiſcal. Gloſſ. 24. num. 2. in fine, ibi: *Cùm eſt periculum in mora, ita vt Rex ipſe Conſuli non poſſet commodè, vt in expenſis faciendis ex Regio ærario ordinatione 66. quòd fit ſolemnitate, de qua*, ibi: Primo Machabeor. 3. de Antiocho. *Et congregauit exercitum vniuerſi Regni ſui, caſtra fortia valdè. & aperuit ærarium ſuum, & dedit ſtipendia exercitur in annum.* Cauatius de perfect. prud. lib. 2. cap. 10. Quæ addenda ſunt dictis in c. 1. hoc. lib.

10 Et vt recenſeam Regias ſchedulas, quæ illud permittunt, incipiẽdo ab antiquiori ordinatione, quæ eſt 66. huius Regij Senatus, ibi: *Iten mandamos que ni el Preſidente, y Oydores no puedan preſtar dineros algunos de nueſtra Real Hazienda, ni gaſtar coſa alguna, ſin nueſtra expreſſa licencia, ſaluo quando ſe ofreciere caſo que la dilacion de embiarnoslo à mandar cauſe daño irreparable. Que entonces pareciendo al nueſtro Preſidente, y Oydores, è à los Oficiales de nueſtra Real Hazienda, gaſtaràn della lo que todos juntamente vieren ſer neceſſario para ello, y no de otra manera. Y la librança que deſto hizierẽ vaya firmada de todos ellos: ſo pena q̃ lo q̃ gaſtaren contra el tenor deſto, lo pagaràn de ſus haziendas: è embiaràn de ello relacion de la cantidad, y en que, y como ſe gaſtò, y la neceſsidad que para ello huuiere.*

11 Sed cùm hæc ordinatio loqueretur cum Regio Senatu, ac Præſide illius, nõ tamquam Prorege, neceſſe fuit idem repetere ad Proreges vti adminiſtratores, & moderatores Regij ærarij.

12 EL REY. *Nueſtros Oficiales de las Prouincias de el Perù, ſabed, que Nos auemos proueido por nueſtro Virrey, y Capitan General de eſſas Prouincias à Don Antonio de Mendoça, nueſtro Virrey, que ha ſido de la Nueua-Eſpaña, è porque podrà ſer, que el dicho nueſtro Virrey prouea, que ſe paguen de nueſtra hazienda algunas coſas que cumplan à nueſtro ſeruicio, en que por no tener orden, ni mandamiento nueſtro para ello no las queriades pagar: os mando, q̃ las coſas*

*ſas*

*ſas que el dicho D. Antonio de Mendoça proueyere, y mãdare, que ſe paguen de nueſtra hazienda, las cumplais voſotros, como ſi yo lo mãdaſſe, que èl con ſu prudencia no proueerà, ni mandarà gaſtar, ſino lo que fuere neceſſario, y cõueniente à nueſtro ſeruicio, y buen recado de nueſtra hazienda, y en fin de cada año me embiareis relaciõ de lo q̃ aquel año ſe huuiere gaſtado por ſu mãdado.* Fecha en la Villa de Valladolid à 29. dias del mes de Semptiembre, de 1550.

13 Poſtea expedita fuit alia ſchedula, & tranſmiſſa ad D. Licenciatum Lupum Garciam de Caſtro, Gubernatorem, & Præſidem, ibi: *Os damos licencia, poder, y facultad para que en tiempo de alborotos, y guerra, con parecer, y acuerdo de los nueſtros Oydores de la dicha Audiencia Real de los Reyes, y de los oficiales Reales de nueſtra hazienda, que reſiden en la dicha Ciudad, ò de la mayor parte de ellos, podais gaſtar lo que pareciere ſer neceſſario para la pacificacion de las dichas Prouincias: y la librança que de ello ſe huuiere de hazer, ſe haga por todos los que huuieren ſido en el acuerdo, por ante Eſcriuano, conforme lo acordado por la mayor parte, y vaya firmada de los que anſi huuieren ſido en el dicho acuerdo, &c.* Cuius data fuit die 16. Auguſt. ann. 1563.

14 Deinde die 29. Decemb. ann. 1593. ibi: *Si no fueſſe en coſas de guerra, y alteraciones, en que ſe corrieſſe rieſgo con la dilacion de conſultarmelo: que en tal caſo por vna de las ordenanças de la dicha mi Audiencia ſe permite ſe gaſte lo neceſſario, con acuerdo general de Oydores, Fiſcal, y oficiales Reales, los quales todos concurran, y firmen las librança s de los gaſtos que ſe acordaren.*

15 Præterea cum Regi noſtro innoteſceret, in his Comitijs generalibus, ſæpiſsimè concedi ſuo Viceregi facultatẽ generalem ad prædictos ſumptus nutu illius faciendos, eam facultatem cohibuit in Regia ſchedula, data Matriti, die 30. Auguſti, an. 1627. nec ea vti cõceſsit ampliùs, niſi vbi difficultas iugendi Conſiliũ, ac vrgens neceſsitas, cito impendendi, eos extorqueret, vt conſtat ex illis verbis: *No hagan, ni puedan hazer gaſto ninguno de mi Real Hazienda, como lo tengo mandado, ſin juntar primero acuerdo de hazienda, y que en ello no ſe dè poder al dicho Virrey, ni Gouernador, ni Capitan General, para que gaſte lo que le pareciere: ſino que particularmente ſe le ſeñale lo que ha de gaſtar, y en que. Y ſi alguna coſa ſe ofreciere tan breue, que no ſe pueda juntar el dicho acuerdo, tenga por bien que lo diſponga dicho Virrey, ò Gouernador, donde tuuiere la ocaſion, y luego dè quenta dello al acuerdo de hazienda, y paſſada me embie relacion de lo que ſe huuiere gaſtado.*

16 Verum ex relatis duo non conſueuerunt ſeruari, & abolita ſunt praxi, & ſtilo, cuius vis non exilis. Tiber. Decian. lib. 1. conſ. 11. numer. 161. Vnius lib. 2. deciſſ. 297. & lib. 3. deciſſ. 401. num. 32. Gamma. deciſſ. 17. numer. 7. Franc. Curt. Senior. conſ. 65. num. 19. Petr. Surd. lib. 2. deciſſ. 135. num. 2. Guid. Papæ deciſſ. 198. Menoch. 7. præſump. 8. Primum verſatur circa ſubſcriptiones recautorum decretæ pecuniæ; quia ſcilicet ſolus Prorex ſubſcribit, & ſignat: ſecũdùm, circa quantitatem expendendam, quæ nuſpiam taxata eſt per ad legatos huius Conſilij miniſtros, ſed deliberãdã ſemper relinquerunt arbitrio Gubernatoris. Et ratio, vt apparet nõ aliũde, quàm quia indecens viſum eſt per minutias procedere cum tanto Magiſtratu, & ſummo Vicario Regiæ poteſtatis, cuius fidei, & humeris tota moles patrimonij Regalis incũbit, nul-

nulliuſque magis quàm ſui interſit, curare de incrementis illius, quippè qui in eo præcipuè fundari expectet proram, & puppim ſuæ cõſeruationis, ac remunerationis Regiæ cum perpẽſis perpeſsis neceſsitatibus, ac rei familiaris anguſtijs à magno Philipo Rege noſtro: hoc ſit illi gratiùs, & acceptabiliùs omnium ſeruitium. Nam vt ait Plin. ſecund. epiſt. 6. lib. 8. *Liberalitatis gratior repræſentari nulla materia poteſt, quàm ſi abſtinentiſsimi fideliſsimique cuſtodis principalium opum facultates adiuuare contigiſſet.* Teſtem prædictæ praxis, vel vnum ad vocem D. Marquionem de Guadalcazar, prudentiſsimum Proregem, in ſua relatione, nu. 71. *Quando las coſas ſon de mayor importancia, ſe tratan en acuerdo general, que tambien llaman de hazienda, el qual conſta de los miniſtros referidos, y de los demàs Oydores que ay en la Audiencia; y con eſte dicho acuerdo, ſe confieren, y platican los gaſtos extraordinarios que ſe han de hazer con ocaſion de nueuas de enemigos, ò alteraciones, conforme à la cedula que ſe dà à los Virreyes, entre los demàs deſpachos, para que con eſte requiſito puedan gaſtar lo neceſſario en las ocurrencias referidas: y haſta aora el modo mas ordinario de la reſolucion dellos, ha ſido remitirlo a la diſpoſicion del que gouierna; por ſer dificultoſo el acertar en coſas tan graues, corriendo por muchas manos, y queriendolas reduzir à particularidades impracticables, quãdo aprieta la neceſsidad, y el peligro.* Pro quibus conſpirant, quæ circa occurrentis caſus neceſſitatem, ac præſentis rei, & inſtantis vrgentem occaſionem tradit diuinum ingenium in lib. 1. de India. gubernat. cap. 13. num. 24. & lib. 2. cap. 4. num. 22. ibi: *Quo caſu multum ampliari, & extendi poſſe Proregum mandata, benè conſiderat Ponte, d. tit. 1. num. 3. & ſeqq. Alexand. Ruadenſ. conſ. 49. num. 30. & 31. volum. 1. Conſtantius in l. vnica, C. vt armor. vſus, num. 34. ibi: Quòd non putarem prohibitum (Proregi ſubaudi, de quo loquitur) quando Princeps non poſſet conſuli, & periculum eſſet in mora, & quæ de breuitate, & modicitate temporis ſcribuntur.* Facit Regia ſchedula ad D. Marq. de Monteſcl. data die 1. Maij. an. 1610. ibi: *Os mãdo, que auiendolo mirado, y conſiderado muy bien, me embieis relacion particular ſobre ello, con vueſtro parecer: y en el entretanto proueereis lo que mas conuẽga, ſi os pareciere que ay rieſgo en eſperar la reſolucion de acà.* Inſignis locus in Epitom. Cæſaris Caroli Quinti. Vbi D. Comes de la Roca, ibi: *Y los miniſtros ſuperiores, y mas los que ſiruen diſtantes, no han de perder el tiempo à las ocaſiones, eſperãdo orden nueua; porque quando ſe les dan los cargos, ſe les fian los accidentes, &c.* Plin. in epiſt. 12. ad Trajan. ibi: *Quòd fiducia quaſi conſulto te non dubitaui facere, quem ſi cõſuluiſſem ſero feciſſem.* Optimè, & magiſtraliter Matienz. in l. 1. tit. 10. Gloſſ. 21. ex num. 15. & 16. & ſequentibus.

## CAP. VI. CASVS III.

### De tranſactionibus, & compoſitionibus negotiorum ac litium fiſcalium.

1 CVM tranſactio ſpecies ſit alienationis, l. Non ſolùm, C. de prædijs minor. cap. cum tempore de arbitr. Decius conſ. 44. numer. 1. & 5. Pinell. qui plura refert in l. 1. part. 3. numer. 44. C. de reſcin. Afflict. deciſ. 138. Molina de Hiſpan. primogen. lib. 4. cap. 9. num. 8. Eaquè alienatio plenumque ſit voluntaria, & non neceſſaria, l. ſi dictum 56. §. ſi com- *Tranſacciones, compoſiciones de negocios fiſcales.*

com-

compromiſſero. D. de Euict. ibi: *Nulla enim neceſsitate cogente id feci.* Idem Molina d. loco num. 28. Couar.3.variar.cap.17.num. 7. Anton. Gomez 2.tom.cap.2.num. 40. Roman. ſing. 12. Cremenſ. ſing. 114. Menoch.caſu 82.num.60. Fuit aliquando in dubium vocatum,an Dominus Prorex poſſet transſigere circa resRegij patrimonij,&reſecatis longè diſputationis ambagibus affirmatiuè reſpondendum puto, dummodo fiſci cauſa non deterioretur.Primò quia, qui habet mãdatum cũ generali clauſula , quòd facere poſsit quidquid ipſeDominus, ſi præſens eſſet,vt continetur in mãdatisD.Proregis,liti,& cauſæ poteſt renuntiare, vt poſt longam diſputationem iudicatum in Senatu Aragonis refert Montero deciſſ. 28. Secundò,quia vniuerſalis procurator prohibitus non eſt tranſactionẽ inire,l.Nam & nocere.12. & l. ſed ſi tãtùm 13.§.ſed ſi in rem , D.de pactis. Dummodo donandi animo pactus non ſit.d.l.ſi contra iuris 28.§.vlt.de pact.ibi: *Etiamſi maximè quis adminiſtrationem habeat conceſſam donandi ius eum non habere.* Quia vt ait lex.7. de donat.Donare eſt perdere, vel diminuere.

2 Tertiò, adſtruuntur hæc per textum in l.Mãdato generali 60. de procurat.vbi Paulus Conſultus ait, generali mandato non cõtineri trãſactionem *diminuẽdi* cauſa interpoſitam. Diminuendi enim legendum eſſe,non verò decidendi docet Iacobus Cujacius in §.venditæ, inſtit.de rer.diuiſ. Anton. Faber , in Rational.ad l.60.& ad l.Nam &nocere 12. D.de pactis, quia aliter ſenſus dictæ legis conſtare non poſsit, nec vitari pugna cum l. Ius iurãdum 17.§. Procurator, D.de in litem iur.ibi:*Procurator quoque , quòd detulit ratum habendum eſt,ſcilicet , ſi aut vniuerſorum bonorum adminiſtrationem ſuſtinet.* Tiraquel. lib. 1. §. 8. Gloſſ. 6. & vt ait Oſſuald. in Donell. lib. 22. comm. cap.4.in adminiſtratione libera , nõ quælibet licent, non vtique,quæ illi auerſantur : pugnant verò adminiſtrare(quòd eſt res curare,vt ſerues, etſi poſsis augeas)ac perdere. Ergo tunc licèt cum pro remiſsione tantundem,vel ampliùs accipitur, d.l. 28.§.vlt.de donat.

Tranſacciones, compoſiciones de negocios fiſcales.

3 Et confirmantur per textum in l.Qua ratione 9.§.Nihil autem,de acq.rer.dom. vbi ſi cui libera negotiorũ adminiſtratio permiſſa fuerit, ita demum rem venditam facit accipientis,ſi ex negotijs id faciat,vel domino expedierit,ne obſtet textus, in l.Procurator.63.de procurat.Vbi Modeſtinus ait, *procuratorem omnium bonorum nihil alienare poſſe*; quo fœdere amicantur hæc iura per doctiſsimum D.Larrea , in tom.1. Deciſſ. Granat. diſp.12.omiſſa diſtinctione procuratoris cum libera, vel generali,vti accipiunt,d. l. Qua ratione, §.Nihil.Anton. Faber. in rationali. Pazius Cent.2. quæſt.47. Quos improbat Donell.lib.4.comment.cap. 15.per textum,in l.1.§.1.de offic.Procurat.Cæſar.vbi nec ex clauſula cũ libera ei permittitur alienare.

4 Conferunt quæ de tranſactione tutorum ſcribit Gall. obſeruatione 72. Anton. Faber.1.iuriſp. 12.princip.7.illat.83.& ſequentibus, Tiraquel.de retractu. §. 1. Gloſſ.14. num.70.

5 Quæ autẽ præuiſa ſunt in hoc puncto à ſummo Indiar. Conſilio continet hoc cap. 94. in ordine cuiuſdam epiſtolæ miſſæ ad D. D.Frãc. à Toleto,die 27.Februarij, an.1575. *Dezis que conuenia dar comiſsion al que gouierna , para tomar aſsientos , y concertarſe en los pleytos ciuiles , y fiſcales de deudas que nos deben.Vos lo podreis intentar , y ſi ſe os ofrecieren algunos par-*

*partidos vtiles reſoluerosheis, y efectuareislos, con que ſe os embie de acà confirmaciõ, como hiziſtes en lo de TomàsVazquez, y embiareiſnos liſta de todos los negocios que ay de eſta calidad, y de la cantidad que ſon, y del eſtado en que eſtàn. Y entre tanto tendreis cuidado de mandar q̃ ſe ſigan, y deſpachen cõ breuedad los pleytos fiſcales.*

6 Fulcitur hoc exemplaribus, quàm plurimis, ſed in primis ſe offert cõpoſitio, quam D. Marquio de Monteſclaros inijt cum Donna Barbara Faxardo, tãquam vxore, & hærede Antonij de Oſnaio, primi mariti, die 28. Octobr. an. 1610. ei aſsignans certos reditus Commendarũ ſuper poſſeſsis, & anteſignatis implemento ad ſummã quatuor mille ponderũ; quorũ ei data fuerat ſchedula die 27. Iulij, an. 1568. cum aliarum prælatione. Sed quia Domini Proreges præcedentes eam inſuper habuerant, litem mouerat contra ſtationem vacantium tributorum; petebatque centum, & quinquaginta millia redituum decurſorum, ea qualitate, & conditione addita. *Con que primero hizieſſe renunciacion en forma de los dichos corridos, y qualeſquier derechos, y con que dentro de quatro años lleuaſe confirmacion.* Quàm conceſsit ſua Maieſtas, die 8. Aprilis, ann. 1612. Idem factitatum memini à Domino Principe Schilaceſi, qui debita eiuſdem qualitatis compoſuit cum D. Laurentio de Zarate, equite Ordinis Alcantarenſis meritiſsimo, eique propterea commendã præſtitit.

7 In eamque rem ego pedaneus Senator, ita cõſulerem; quoties dubium litis euentum præuiderem. Nam vt plerumque accidit ſcæua ſunt aſtra, & omnina litis in fiſcum, l. Non puto 10. D. de iure fiſci, de cuius ſenſu agũt Duaren. ſoluto matr. pag. 3. Mench. ſucceſſ. §. 1. num. 24. Coſta, §. Cum in bello, l. qui duos de reb. dub. Schol. fin. num. 14. Perez, l. 9. tit. 3. lib. 4. Gloſſ. 5. col. 2. Couarr. var. 1. cap. 16. num. 1. Alpha. collect. 157. Decius cap. 1. de probat. Turamin. in docto opuſculo ad interpretationem dictæ legis. Non puto, p. 1. c. 3. n. 60. cum ſequentibus. Læl. Mãcin. cent. 2. genial. diſquiſit. c. 163. n. 2. & 3. Id quod, vel ipſis Principibus conniuentibus, vel annuentibus ſancitũ extat. Caſiod. lib. 1. epiſt. 22. & lib. 4. epiſt. 38. Plinius ſecundus in Panegir. ibi: *Sæpius vincitur fiſcus, cuius mala cauſa nunquam eſt niſi ſub bono Principe.* Fuit celebre Marci Antonini Imperatoris dicteriũ fiſco in cauſis cõpendij nunquam fauiſſe. Capitol. in eius vita; ſicuti perlepidũ Trajani noſtri ſcomma: fiſcum lieni comparare, qua creſcẽte reliqui artus tabeſcunt Alciat. emblem. 146.

## CAP. VII. CASVS IV.

## De abolitione, & compoſitione delictorum.

1 HVic tractatus, & ille eſt finitimus; an ad Dominũ Proregem ſpectet compoſitio delictorũ, vt ex inde pretiũ aliquod in fiſcũ inferatur, eorum præſertim, quæ caret perſecutore priuato. Negãt vltrices leges reatus, ac benæ inſtitutæ reipublicæ ratio, cuiuſquam maximè intereſt ſæuire in ſontes, l. ſi à reo 71. § fin. de fideiuſ. l. Cõgruit 13. de offic. Præſ. l. Licitatio 9. §. Quod illicite, D. de public. & vect. l. Ita vulneratus 53. ad l. Achil. l. Eũ qui nocẽtẽ 8 de iniurijs, c. vt clericorũ de vita, & honeſt. clericorum. Extrauagãs de pœnis, & alia iura, quæ mira eruditione congeſsit D. D. Ioan. de Solorz. de Crimine parric. lib. 1. c. 1. Sarmient. 1. ſelect. c. 12. n. 5. Couar. 1. var. cap. 11. Mench. de ſucceſ. progreſſ.

*Compoſitiõ de delitos, y remiſsion de penas de delinquẽtes.*

C

greſ.in præf.tom.2. Cauallus reſol. crim.cent.3.caſu.261. num.4.Oldr. conſ.53.nu.2. Roman.conſ.96.col. 1.num.1.& 2.paſsim Farinac.Clarus Baiard.Vela, & cæteri ſanguinarij interpretes, nouiſsimè Chriſtoph. Beſold.de præmijs,&pęnis, quæ duo vt numina venerari docuit Democritus. Apoſt.1. ad Timothæum *leges ipſæ, ac Principes qui eas ſancierunt, nihil melius, quàm pœnas, & præmia ſtatuerunt, vt mali pœnis, boni præmijs afficiantur.* Hieron.in Iſaiam,c.28. ſupplicio enim continentior factus, euadet denique melior. Diuus Thomas ad Duciſſam Brabantiæ,q.7. Dauid, Pſal.57. *Lætabitur iuſtus cùm viderit vindictam.* Franc. Patrit.de inſtit. reipubl.lib.1.tit.6. Aliàs vel ipſa cõpoſitio pecuniaria inuitabit ad deliquendũ, eritq; magis exitialis quã proficua ipſi fiſco. Nam quis neſcit.

*Auidum vorata decipi ſcarum muſca.*

Vt ait Martial.lib. 6.epigr.18. Non longè Arnulphus ad Papã Alexãd. *Sicut enim diſciplina cautelam, ſic inſolentem pronior indulgentia ereat audaciam.* Quid venale non erit, ſi delicta nundinantur, ac reducuntur ad cõmertium? Nonne datum eſt probro Domitiano, quòd à Iudæis ſtipendia exegerit, & Veſpaſiano, quòd abſolutiones reorum venditauerit? Mãtua in lib.obſer.obſeruat.15.verbo *Auaritia.* Ergo eo dãnato cũ Iuuenali, qui in eũ ſcomaticè dixit Satyr. 14. *Lucri bonus eſt odor ex re qualibet.* Forſan alludenti ad vectigal vrinarium; ſectemur Aureliũ Caſsiodorũ 12.variar.6. ibi: *Additur etiam, quòd noſtris temporibus ſceleratæ pecuniæ non valebunt, nec culpam ſuam redemit, qui reum ſe eſſe cognouit.* Crudeles in patriam iudices, qui delicta condonãt, dicit Tul.3. Catilinar. & in Piſoniana. Egoque dixerim perſonam puniri debere, non pecuniã, ratione excogitata ab Imperatore Iuſtiniano in Nouell. 17. cap. oportet.12. ibi: *Non enim res ſunt quæ delinquunt, ſed qui res poſſident.* Iuuat, quòd ſi pecunia ſcelera redimuntur, cuilibet crimino ſo incomperto eſt obuenturũ, quòd olim improbo cibi Lucio Neratio, qui pro delectamento habeat faciem liberi hominis manu pulſare, ſtatimque ſeruo, cùm crumena aſsiũ plena ducere ſolitus iubebat, vt iniuriam paſſo 25.aſſes, ex lege 12.tabularum numeraret, non alia ratione, quàm quia pecuniaria mulcta id crimen vindicabitur, Gell.lib. 2.Noct.Attic.Alex.ab Alex. libr.6. dier.Gen.cap.10.Ant. Auguſt.ad legum 12.tabul.l.33.

2 Facit, quia nullam pœnam delinquens pertimeſcit, quàm nũmis redimire ſperat, dd. in cap. Irrefragabili, §.Cæterũ. Vbi plenius Felin. nu.5.& 9.de offic.ordin. Couar.var. cap.9.lib.2. Clarus in §.fin.q.80. & ibi.Baiard.Foller. in Practic. Canonum p.2.c.5.n.14.Conſtant.in l.1.C. de pœnis fiſcal.lib.10.num.50.tit.de pace conſt.vbi Bald. text. in extrau. qui ſint rebelles, c. pauper. 11.q.3.l. ſi operis, C.de pęn.Caued.1. p.deciſ. 75.omnino videndus.

3 Scio tamen aliquando Dominos Proreges cõſueuiſſe huiuſmodi cõpoſitiones inire illis primis temporibus: & in recẽtiori ſum memor illuſtriſ. Principem Schilacenſem cõmiſsionẽ dediſſe ad cõponendas explicationes argenti viui ( noſtri vocãt *extrauios*) Magno viro, & integerrimo Gubernatori Guancabilcæ D.Ioan.de Solorz.cũ illius villæ, & famoſæ lapidicinæ clauum teneret; ſed illud operatum non aliter credimus, quàm præcedente iuſſu regali, & cõſultatione ad Principem, vt indicat quoddam caput Regiæ epiſt. emiſſæ ad Proregem D.Franc.à Toleto, die 6.Februarij, anno 1571. ibi: *Y en quanto à las compoſiciones que ſe*

po-

*podrian hazer de perſonas ricas, cuyos delitos ſin parte no fueſſen muy graues, nos embiareis relacion de las perſonas con quien ſe podran hazer eſtas compoſiciones, y de los delitos que han cometido, y de la cantidad que de ello ſe podria ſacar; que venida, ſe proueerà lo que conuerna proueerſe.*

4 Maximè cùm hæc materia ſit de regalibus, l.1.tit.32.part.7. Andræas in cap.vnico, quæ ſunt regalia verbo, & bona commitentium ex n. 122. Cacher. deciſſ.101. Franc. Marcus deciſſ. 68. Borrel. de præſtant. Reg. Cathol. & alij plures relati à D. Caſtillo de tertijs, c.31.n. 146. vbi ex Theologis, & Canoniſtis refert non niſi iuſtiſsimis de cauſis faciendas à Principe non recognoſcente ſuperiorem remiſsiones criminum generales, vel ſpeciales. Eſt videndus Azeued. in l.1.tit.25. ex nu.7.lib.8. Recopil. Montal. in l.tit.11.lib.1.ord. Auendaño de exequend. mandat. c.7.n.7. & in tract. de iniurijs, n 14. optimè Caued. deciſſ.75. p.1. quibus adde nouiſsimè D. Ioan de Solorz. de Ind. guber. lib.4.c.10. à num.46. & ab eo relatos, inter quos illuſtriſ. D. D. Felician. à Vega Archiep. Mexicanum (heu quondam magiſtrum meũ, ſemperquè noſtræ patriæ fulgẽtiſsimum iubar) in c.4. §. de adulterijs, n.76. & ſequent. de iudicijs, vbi refert ſchedulas illud prohibentes, niſi in caſu belli, & ſeditionis, in quam rem eſt inſignis locus apud Petr. Gregor. in Syntagm. p.3. lib. 32. vbi plura exempla de abolitionibus.

## CAP. VIII. CASVS V.

### De expenſis Regiæ pecuniæ in Religioſos Patres, quid ad Indos mittuntur.

1 QVintus caſus pertinẽs ad adminiſtrationẽ maiorẽ verſatur circa præſtationẽ pecuniæ dari conſuetæ Religioſis proficiſcẽtibus ad Indos Infideles cõuertendos ad noſtram fidem Catholicã, & Chriſtianam doctrinam, præſuppoſita obligatione, qua ad id tenetur noſter Princeps, quippè qui eo veluti grauamine, & onere donatus fuit vniuerſali Indiarum patronatu ab Alexãdro Sexto Maximo Pontifice. De quo ſumptu neceſſariò de Regio ærario faciendo non ab alio Magiſtratu, quàm à Domino Prorege agunt plures ſchedulæ, & cap.3. inſtructionis huius guberni j, ibi: *Religioſos para Chile, Santa Cruz, Tucuman, ò otras de las Prouincias de guerra, ò fronteras de Chiriguãdes, è tierras pobres, que ſe embian, como ſe haze ſiempre que ſe entiende auer neceſsidad, con tanta coſta de nueſtra hazienda.* D. Alfaro de iure fiſci, Gloſſ.2. num.20. fol.13. ibi: *Expenſis Regijs mitti conſueuerũt Religioſi ad inſtruẽdos Indos.* D. Princeps Schillacenſis in ſua relatione, num. 111. *Tãbien eſtàn aprouados por ſu Mageſtad los gaſtos que ſe han hecho en las miſsiones, y aſsi no puede V.E. dudar de hazerlo ſiempre que la ocaſion lo pidiere.* Sed caueant Domini Proreges, ac maturo iudicio perpẽdãt, ne fallãtur in hoc puncto, huius conuerſionis prætextu: nam ſæpè accidiſſe memini pecuniã Regiam ex tractã ex arca deperditam fuiſſe, nec abſumptam in hoc opere ſpirituali, ſed in priuatis emolumentis ſine fructu Indorum aliquo, ſed maximo lucro recipientium inuehiendo. *Neſas eſt enim* (ait

*Expenſas de Religioſos miſsionarios, q̃ ſe deſpachã à conuertir, y doctrinar Indios.*

Caſsiod. 2. var.34.) *vt in alios uſus tranſeant, quæ ſibi ſubtracta nõ immerito Roma ſuſperat. Deberemus itaque deputa ta pecunia in non modica pœna percellere, qui in tali cauſa noſtram munificentiam fraudauerunt.* Sed cum hæc operentur pietatis colore incurabilia videntur.

*Fallit enim vitium ſpecie virtutis, & umbra*

*Cum ſit triſte habitu, vultuque, & veſte ſecurum.*

Alius caſus pendens ex ratione antecedentis, deriuatur ex obligatione ſolendi Regiam pecuniam religioſis miſsis è Regnis Hiſpaniæ à noſtro Rege ad aſsignatas per eum prouincias Indiarum, vt conſtat ex capite inſtructionis citato, & ex alio cuiuſdam epiſtolæ ad D.D. Franc. à Toleto, datæ Matriti, die 6. Februarij, ann.1571. ibi: *En quanto à la remiſsion que tienen nueſtros oficiales en pagar la coſta que hazen los Religioſos, que van de eſtos Reynos, ſo color de la cedula que les tenemos dada, para no pagar nada de nueſtra caxa, ellos tienen orden de pagarlo que para eſto fuere neceſſario, y aſsi hareis que la guarden.* Sed de hoc latius, lib.3. vbi agitur de excuſando hoc impendio vti ſuperfluo.

## CAP. IX. CASVS VI.

### De portione quam Rex noſter in fabricam Eccleſiarum contribuit.

*De la tercia parte q̃ para fabricas de Igleſias de el Perù contribuye ſu Mageſtad.*

1 SExtus caſus exercetur in contributione tertiæ partis ſumptuum fabricæ Eccleſiæ Cathedralis, ſeu Parochialis in populis Hiſpanorum, ex obligatione qua Rex noſter veluti patronus tenetur, cuius virtute quoties hic caſus offertur, occurritur ad Gubernium, & D. Prorex expedit literas iubens ſuccurri ex arca Regali, iuxta caput 68. Regiæ epiſt. miſſæ ad D.D. Franciſc. à Toleto, die 17. Octobr. ann. 1575. ibi: *En lo de la duda que dezis teneis de la forma en que ſe ha de entender lo que tenemos proueido, cerca de la fabrica de las Igleſias que ſe hazen en lugares de labradores Eſpañoles, dareis orden, que para ſu edificio ſe contribuya por tercias partes. La vna parte tenemos por bien ſe dè de nueſtra Real hazienda, que nos perteneciere en la miſma Prouincia, y otra tercia parte ſe pague de los tributos que lleuare el encomendero, y ſi la encomienda eſtuuiere en nueſtra Corona Real, ſe pague de nueſtra Real hazienda, y la otra tercia parte paguen los Indios. Y à los Eſpañoles que huuiere en el tal pueblo, que no tengan encomiendas, ſe les reparta conforme à las haziendas que tuuieren: y no ſiendo todo eſto baſtante, el Prelado tẽdrà cuidado de nos dar auiſo de la neceſsidad que huuiere de el edificio de la tal Igleſia, y de donde ſe podria proueer para el edificio, y ſuſtentacion de ella, que ſea ſin perjuizio de los Indios, ni de otro tercero, para que Nos lo mandemos proueer.* Caput. 32. Regiæ epiſt. ad Senatum Limenſem, die 5. Octobr. ann. 1626. ibi: *Auiendoſe tratado, y platicado ſobre lo que toca à las fabricas de las Igleſias de eſſas Prouincias, y viſto lo que dezis, cerca de ſi ſerà conueniente que en el eſtado en que oy eſtàn las coſas ſe guardaſſe la orden antigua, que eſtà dada para que ſe acuda a eſtas fabricas por tercias partes; que la vna pague mi hazienda, otra los encomenderos, y otra los Indios; ò que tambiẽ contribuyeſſen los moradores de el eſtado Eccleſiaſtico, y ſeglar: ha parecido q̃ ſe cũpla lo que eſtà mãdado, procurando q̃ los habitantes, y moradores Eſpañoles contribuyan para las dichas fabricas, conforme à las rentas, y haziẽdas que tuuieren.* Secũdũ hæc velim intelligas tradita à D. Alfar. de iuri fiſci. Gloſſ. 2. n.20. fol.13. ibi: *In oppidis Indorũ tertia pars ex Regio fiſco tribuitur; alijs duo bus tertijs ab Indorum Commendatario ipſiſ-*

*ipſiſque Indis tribuendis: vnde in locis vbi Rex noſter tributis veluti Commẽdatarius fruitur duas, tertias pro opere confert.* Latius. D. Solorz. de Indiar. gubernat. lib. 3. cap. 23. à num. 6. qui aliàs ſchedulas recenſet. Cuius reſolutionis fundamentum deduci poteſt ex Concilio Tridentin. ſeſſ. 21. c. 7. §. parrochiales, ibi: *Inſtaurari procurent ex fructibus, & prouentibus quibuſcumque ad eaſdem Eccleſias quomodocumque pertinentibus: qui ſi non fuerint ſufficientes, omnes patronos, & alios, qui fructus aliquos ex dictis Eccleſijs prouenientes percipiunt, aut in illorum defectum parochianos omnibus remedijs opportunis ad prædicta cogant, quacumque appellatione, exemptione, & contradictione remota.* Videlis Gregor. Lopez in l. 24. tit. 32. part. 3. Couar. in cap. vlt. de teſtament. numer. 5. lib. 1. variar. Latè Gutierrez, allegat. 10. Cenedo in collectam 153. ad Decretum.

2 Cæterũ collapſis Eccleſijs, & egẽtibus inſtauratione quomodo reparatio, & refectio fieri poſsit eſt indifficili; nam etſi ſtatim illud occurrit eamdẽ obligationẽ, quæ adſtringit ad ædificationẽ, vrgere quoque ad refectionem; immò hanc arctius premere, quia iam religio occupauit ſolùm, vt ait Plin. ſecundus Imperatori Trajano, lib. 10. epiſt. 77. ibi. *Nam ſi facta ædes eſſes licèt collapſa ſit, religio eius occupauit ſolùm.* Triden. in d. cap. 7. ſeſſ. 21. ibi: *Valdè curandum eſt, ne ea quæ ſacris miniſterijs dedicata ſunt, temporum iniuria adoleſcant, & ex hominum memoria excidant.* Ratio textus in l. inter ſtipulantem 83. §. Sacram. verſ. *Nam & cum quis,* vbi qualitas religionis in perpetuum rem afficit: iunctis quæ de refectione ædificiorum traditur in l. Singularũ, C. de ædific. priuat. l. Ad curatoris de damno infect. Cepoll. in tract. de ſeruit. vrb. præd. cap. 59. de refectione, 1. & 2. col. Gregor. in l. 25. tit. 32. part. 3. Gloſſ. 1. Pulchrè Caſſiod. 1. variar. 25. vbi de conſeruatione ædificiorum; quia maior in conſeruandis rebus, quàm in faciẽdis ſit cautela adhibẽda. Et quæ de pignore inducto ob refectionem, potius quàm ob constructionẽ domus, ſeu alij ædificij traditur à Iuriſconſultis in l. ſi vẽtri 24. §. Diuus, D. de rebus auct. iudic. poſsid. l. 28. tit. 13. part. 5. l. Inter dum 6. cum ſequenti, D. Qui potiores. Gomez in l. 50. Tauri, num. 35. verſ. 4. Couarr. 1. variar. cap. 7. num. 3. verſ. 50. colum. 2. Neg uſant. 4. m. 2. part. num. 162. & 2. m. 5. part. num. 13. verſ. 15. & 4. m. 2. part. num. 141. Flores de Mena in practic. qq. variar. quæſt. 6. Euia in laberynt. lib. 2. cap. 3. nu. 33. Tamen ſe res aliter habet in reſtitutione, vel inſtauratione Eccleſiæ dirutæ, quo ad partem tertiam conferendã è Regis ærario; ac ſe habuit in extructione. Nam Rex noſter non niſi ſemel eam conferre vult, vt videre eſt per Regiam ſchedulam, datam Pintiæ 2. April. ann. 1604. quam refert D. Ioann. de Solorz. lib. 3. de Indiar. gubernat. cap. 23. num. 15. ibi: *Y es declaracion, que la contribucion que de nueſtra hazienda ſe ha de hazer de la dicha tercia parte para el edificio de las dichas Igleſias, conforme à la cedula que para ello eſtà dada, ſe ha de entender por la primera vez, y no mas, aunque acaezca que ſe caigan, ò derriben para alargarlas, ò mudarlas, ſi Nos auiſado de ello no proueyeremos otra coſa.* Verum attenta obligatione, qua Rex noſter tenetur ad id velut Patronus: ſemper in puncto ſectandam indico mentem dicti D. Conſiliarij exiſtimãtis non illum animũ eſſe noſtrorũ Regũ in ea reſolutione, vt onus reparationis omnino executiãt, ſed vt occurrãt fraudibus, & exceſsibus, qui prætextu ruinarũ, & ampliandi

ædificij cauſa fieri ſolent, reſeruantes ſibi, & tuæ ſecundæ iuſsioni præcedente informatione ſecundam, & ſubſequentes contributiones ad refectionem, vbi eam neceſsitas exerit. Cui addendus D. Alfarus de iure fiſci, Gloſſ. 2. numer. 20 fol. 13. Nam & Imperatoria maieſtas hac tertia parte vult ſuccurri reſtitutioni mœnium iuxta contributionem textus in l. Reſtaurationi 3. C. de diuerſis præd. vrban. lib. 11. ibi: *Reſtaurationi mœnium publicorum tertiam portionem canonis certum eſt ſatis poſſe ſufficere.* Et in Nouell. 25. tit. 4. c. 4. vbi partim ex ciuili, partim ex fiſcali pecunia huiuſmodi operæ reficiuntur. Niſi minus apte cũ alijs dicatur inopiam patrimoni ad anguſtias rei familiaris adacti manũ deligare, & dũtaxat ad contributionem iſtam cõſtringere parochianos, d. cap. 7. ſeſſ. 21. Theſaur. fori Eccleſiaſt. p. 2. cap. 2. Poſt. Abb. in cap. primum de Eccleſ. ædific. Surd. conſ. 62. vol. 1. Coſta de remed. ſubſid. rem. 106. illat. 2. numer. 1. & 2. Pro quo faciunt, quæ notat Cacher. conſ. 3. num. 17. fol. 13. columm. 4. & Velaſc. conſult. 179. num. 12. cum ſequentibus, vbi refert patronum conueniri in quãtùm facere poſsit. Quibus addendus Bobadill. in Politic. lib. 3 cap. 5. num. 34. vbi Gloſſ. lit. C. tom. 2. & lib. 2. cap. 18. numer. 306. fol. 844. Qui etiam tenet per iudicem ſæcularem poſſe compelli ad refaciendum, à qua obligatione nemo quantumuis nobilis eximitur. Auẽd. de exequẽd. mandat. lib. 2. cap. 14. num. 19. Sed antequam hinc abſcedamus notari oportet, vti ſuſpecti D. Lopetij opinionem in l. 19. tit. 20. part. 1. quatenus ait in Eccleſiarum erectione, quæ quotitie de nouo fiunt in terris nouis, & Inſulis maris Occeani partem deputatam fabricæ debere expendi ad libitum Epiſcopi, quaſi ſecluſo patrono, & Vicario Regio, cũ paſsim in ſchedulis ſuper Regio patronatu latis, & præcipuè in cap. 9. epiſt. Regiæ 28. Martij, ann. 1620. enixe iubeatur Domino Proregi, vt curet, ne Eccleſiæ, vel Epiſcopi retineant, ſeu expendant bona fabricarum, quia ſunt Regij patronatus, & vt fiſci aduocati petãt, quòd fuerit in hoc negotio magis conueniens.

## CAP. X. CASVS VII.

### De conceſsione dilationum moratoriarum debitoribus fiſcalibus.

1 SEptimus caſus ſpectans ad adminiſtrationẽ maiorem, eruitur ex materia moratoriarum, quæ concedi ſolent debitoribus fiſci: hæ enim ſolùm reſeruatæ ſunt Domino Proregi, veluti imagini Regis, cui hæc regalia competit. Textus in l. ſi prouincia 10. C. de annon. & tribut. lib. 10. ibi: *Is etiã qui debitoribus fiſci dederit dilationes ſua authoritate, ſine iuſsione Principis, quæ debentur fiſco de ſuis facultatibus exoluat.* l. 2. l. vniuerſa, C. de precib. Imper. offer. cap. vniuerſa 25. quæſt. 2. Tuſchus in tract. de morat. præſcript. num. 48. tractatuum tom. 17. Lancel. Conrad. in templo omn. iud. lib. 1. cap. 1. Petrus Anton. de Petra in tract. de poteſt. Princip. cap. 8. num. 46. Rebuff. de liter. dilatorijs in princip. Anton. Faber. in C. lib. 1. tit. 9. dif. 1. Euia 2. part. Curiæ. §. 24. numer. 1. D. Gregor. in l. 33. tit. 18. part. 3. Latè Caſtillo de tertijs c. 31. num. 101. Maſtril. qui eam poteſtatem

*De las eſperas, y dilaciones moratorias, q̃ ſe concedẽ à deudores de la Real haziẽda.*

tem extendit ad D. Proregem. deciſ. 16. numer. 17. ibi : *Ante dilationem conceſſam conuento ab Excellentiſsimo Prorege ob conſignationem frumentorum non factam in onerario publico.* Euia in labyrint. contract. lib. 2. cap. 11. num. 22. ibi. *Noteſe mas, que el Virrey puede conceder eſperas de deudas* , cum Rebuff. ad l. Gallic. 2. tom. tract. de liter. dilator. à numer. 1. Gloſſ. 6. D. Ioann. de Solorz. lib. 4. de gubernat. Indiar. cap. 10. num. 73. qui de praxi harum litterarum quoad Peruanum Proregem diſſerit remiſsiuè. At ſui exemplo illam firmat, præcaute iſta facultate vſus. Excellentiſſ. ac prudentiſsiſſ. D. Comes de Chinchon, qui de ſe locutus in memoriali ad Supremum Indiarum Cõſilium, illa profert. *Aunque ſe ſolian conceder algunas eſperas à deudores de hazienda Real, en todo el tiempo que tuvo por mayor eſta adminiſtracion, ſolo diò tres, que no montaron mas de 25U. y eſſo fue por aſſegurarlos, reſpeto de que procedian de deudas antiguas, y con conſentimiento de los fiſcales, y reſolucion de los acuerdos generales de hazienda, y con obligaciones de nueuas fianças, y por plaços, que ya ha algunos años que eſtàn cũplidos, &c.* Ex quibus procedit, in hac materia deberi obſeruari quædam, quæ mutare obſeruata, laudabilem reddunt actionem iſtam, & ſpreta inutilem, & noxiam in Regium patrimonium.

2 Primum: ne concedatur dilatio debitoribus fiſcalibus, niſi iuxta diſpoſitionem iuris, ac requiſita illius, & vbi ſit euidens fiſci vtilitas. Regia ſchedula. Data Matriti die 14. Octobr. ann. 1626. ibi : *El Rey. Mi Virrey, Preſidente, y Oydores de mi Audiencia Real que reſide en la Ciudad de los Reyes de las Prouincias del Perù; he ſido informado, que muchas vezes concedeis eſperas à las perſonas que ſon deudoras à mi Real hazienda, en mucho daño ſuyo, y de que reſultan muchos pleytos, y differencias: y porque conuiene mirar mucho en eſto, os mando, que de aqui adelante en eſta materia de eſperas procedais conforme à derecho, y procureis, que no ſean dañoſas à mi Real hazienda, pues ſabeis lo que importa mirar por ella. Fecha, &c.* Requiſita autem iuris de quibus loquitur prædicta ſchedula, videnda ſunt per Doctores, & iura ſupra citata, & infra dicenda.

3 Secundum: ne concedatur, niſi præcedente cauſæ cognitione, ex qua pateat ex denegatione dilationis ius fiſci deterius fore futurũ. Regiæ ſchedula ad rationales Regios arcæ Limenſis, die 20. Iulii, an 1618. ibi : *Y eſtareis aduertidos, que ſiempre que ſe dieren ſemejantes eſperas, ha de ſer que euidentemente ſe tenga entendido el beneficio que de ello ſe ſigue à mi hazienda: y en tal caſo, por eſcuſar las conſequẽcias, y otros inconuenientes, ſe han de hazer autos, por los quales conſte con conocimiento de cauſa del tal beneficio que ſe ſigue por razon de la eſpera.* Eſt etiam cap. 49. Regiæ Epiſt. ad D. D. Ludouicũ Henriquez, olim Regis patronum integerrimũ in Senatu Limenſi, poſt illius Senatorem; nuncque meritiſsimũ Granatenſis Chancellariæ Conſiliarũ, mihi ſemper chariſſimum, ac innumeris titulis venerabilem, dat. ann. 1626. ibi : *Y en razon de los daños que referis ſe ſiguen à mi Real hazienda de las eſperas que conceden mi Virrey, y eſſa audiencia à las perſonas que les ſon deudores, les eſcriuo, que de aqui adelante procedan conforme à derecho en la dicha materia de eſperas, y que procuren no ſean dañoſas à la dicha mi Real hazienda.* D. Alfar. de iure fiſci, Gloſſ. 16. num. 67. ibi : *Ne detur dilatio debitoribus fiſcalibus, l. 13. tit. 16 lib. 9. Recop. licèt aliquando, vt communius ſoluatur dari viderim.* Quamquam doctus, ac diligens fiſci patronus, quatenus affirmat, id non expreſsè factitatum, ſed diſsimulando, quòd vtiliſ-

vtiliſsimum eſſe aſſerit, ſi cum cauſa fiat, ex l. In fraudem 45. §. Qui pro alio. D. de iuri fiſci, fallitur meo iudicio, cùm nil crebriùs in Peruino Regno admiſſum fuerit, quã expreſſa, ac apud acta dicta dilationũ conceſsio omni tempeſtate, præcedente cauſæ cognitione, & aliis requiſitis, iuxta l. 15. tit. 5. lib. 2. Recop. & tradita à Caſtillo, ſupra circa d. legis obſeruationem.

4 Tertiò notari oportet iſtas dilationes cohibẽdas vbi iam præceſſit ſententia condemnatoria, præcipuè Senatus, ex Regia ſchedula, die 14. Iulij, ann. 1620. & traditis à Guido Papæ, quæſt. 97. & Genua de ſcrip. priuat. lib. 3. quæſt. 5. n. 30. Theſſ. deciſſ. 186. n. 7. Trẽtacin. quæſt. 3. pract. reſol. tit. de ſolut. reſol. 1. num. 8.

5 Quarta obſeruatio verſatur in eo, ne in vno eodemque negotio, ac debito amplior detur dilatio, quàm pro vnica vice, vti præcipit ordinatio 12. huius Regalis Audientiæ. ibi: *Y eſte termino no ſe pueda dar por vna miſma deuda mas de vna vez*, cap. ſuper litteris, cap. cæterũ de reſcript. Rebuff. vbi ſupr. Faber. in C. lib. 1. tit. 9. diffinit. 20. ibi: *Aut ſi iam ſemel antea illud beneficium impetrauerit*, facit l. Boues 89. §. Hoc ſermone de verb. ſignifi. & inductionem tituli, C. ſi ſæpius in integrum reſtitutio poſtuletur, iuncta l. fin. ibi: *In vna eademque cauſa iteratum in integrũ reſtitutionis auxilium.* Et in terminis (vt aiunt) Oſſuald. in Donell. lib. 22. cap. 9. l. m. ibi: *Si eadem dilationem antea obtinuit, eiuſque tempus exiſtit, ſi ea nec vſus fuerit, quia iterum non petenda, arg. l. vlt. de ferijs.* Anton. Fab. in C. ſuo lib. 1. tit. 9. dif. 1. Aliàs vt ait Duaren. ad d. tit. res abiret in infinitum ac modus reſtitutionis, & ſatisfactionis nullus eſſet. Latè Caldas ad tit. Cod. de in intigrum reſtit. min. in difinit. verb. *Implorandum*, num. 35. Donell. lib. 21. comment. cap. 12. Et tempus iteratæ dilationis modus eſſet tollendæ obligationis, ac debita eneruandi, contra l. Obligationũ, fere 44. §. 1. de oblig. & act. Per moratoriam enim rem differri, non auferri æquum eſt, morari enim eſt ceſſare, l. ſi ſeruum 91. §. 1. de verbor. obligat. ibi: *Moratus ſolutionẽ*, l. ſi vſus fructus 6. de vſu, & vſufr. legat. ibi: *Moratuſque eſſet in ea danda*, l. 7. C. de his qui accuſare: quomodo *moratoria cautio*, in l. cùm poſſeſſor. 5. §. Pro pecunia, D. de cenſibus. Aliter moratoria dicenda eſſet peremptoria contra ſuũ finem, qui ille eſt vt non perimat ius creditoris, ſed illud ſuſpendat, & vtiliter ſopiat, vt tranſactis indutijs efficatius exerat vires, data reſpiratione debitori aduerſos caſus fortunæ paſſo, vt meliùs cõquirat pecunias, & ſuo creditori proſpiciat: vnde apud Gallos litteræ moratoriæ nũcupantur *litteres de reſpit. litteræ reſpirationis.* Anton. Faber. C. ſuo. tit. de exept. dif. 2. & 11. & 25. de error. pragmat. deciſ. 1. Ferrer. ad Guid. Pap. quæſt. 97. Trentacin. quæſt. 3. pract. reſolut. tit. de ſolut. reſol. 1. Theſaur. omnino videndus deciſſ. 186. num. 1. & per tot. item Petr. Surd. deciſſ. 301. & 307. Gail. 2. obſ. 46. belliſsimè in hanc rem Caſsiod. 2. variar. capit. 38. ibi: *Celſitudo tua faciat admoneri, ne in hoc biennij ſpatio quicquam de credita ſumma æſtiment poſtulandum, quatenus ſub indutijs ſupradictis, & datam poſsint parere pecuniam, & aliquatenus debitorum valeat reſpirare ſubſtantia. Quid enim proficit creditorem ſe vrgere, quãdo in caſum nititur nudatus exigere: quibus magis proſpicimus, ſi ad mutuata ſuſtinendo peruenire faciamus*, vt hæc dilatio conceſſa per benium negotiatoribus in debitis Regaliũ tributorum exemplar ſit non leue eiuſdẽ gratiæ pro debitoribus fiſcalibus quo-

quoties pietatis ratio eã extorquet. Conferunt quoque, quæ ſubleuandorũ debitorum cauſa ſtatuta ſunt a quibuſdã Principibus, quorũ mẽtio apup Æn. Robert. lib. 2. rer. iudic. c. 6 inter quæ, & illud Valerij Maximi memorabile, lib. 2. cap. 1. *Gallos memoriæ traditum eſt mutuas dare pecunias, quæ hìs apud inferos reddantur.*

6 Et licèt noſter Anton. Faber. in C. tit. de except. diſ. 20. numer. 9. vſum induciarum nullum eſſe affirmet in debitis fiſcalibus ex l. Nec dã noſa 3. C. de precibus Imper. offer. iuncto Boerio, deciſſ. 296. numer. 6. Menoch. de arbitr. caſ. 203. num. 16. Caſſaneus, Catalog. glor. mund. part. 5. conſid. 24. num. 199. qui generalibus inducijs nõ contineri debitum fiſcale tenent poſt Lucã Parmenſ. in tract. de priuileg. fiſci caſu 22. per Nouell. 17. cap. 7. §. 1. eum benè refellit Hilligerus, in Donell. d. lib. 23. cap. 9. l. munitus Marte aperto, d. legis. In fraudem 45. §. 10. de iure fiſci, ibi: *Fiſcalibus debitoribus petentibus ad comparandam pecuniam dilationem negari nõ placuit, cuius rei æſtimatio arbitrio iudicãtis conceditur.* Antiſtat praxis recepta apud noſtros ſecũdùm relatas ſchedulas. Et ſanè nihil magis Principẽ decet quàm humantias, & miſeratio. Caſsiod. 3. variar. cap. 40. Nouell. 147. de reliquis public. & nouell. 148. de indulg. reliquor. l. 1. C. de naufr. lib. 11.

7 Nec contrarium docet d. Nouell. 17. cap. 7. §. 1. nam solùm præcipit publicorum tributorum, etiam intra templa decenter fieri, ea ratione animis vaſſallorum inſculpenda. *Quoniam fiſcalium ratio, & militibus, & priuatis, ipſiſque templis, & cunctæ Reipublicæ vtilis, & neceſſaria eſt.* Ex hoc autem nõ negatur, immò apertim colligitur aliquãdo fiſci vtilitatem verſari in induciarũ vſu: nam ſi ob earum denegationẽ perditur debitum fiſcali, fiſci cauſa, quæ ab omnibus tutari debet hac via maximo dãno afficitur, & ne illud ſequatur, fiſco in perſona debitoris ſuccurri oportet; non tàm ob ei indulgendũ, quàm ob tuendum Ærarium.

8 Quinta obſeruatio erit, vt ſi forte, debitum, quo de agitur, reſultet ex calculatione, vel rationibus pendentibus in Regio Tribunali calculorum huius Regni, priùs quã moratoria debitori cõcedatur, vtilius ſit, & ſecuriùs, vt præcedat conſultatio illius ad eã indulgendam; & ordo, ac decretũ Domini Proregis ſubſequatur, iuxta cap. 18. ordinationum impreſſarum dicti Tribun. ibi: *Y porque he ſido informado, que eſtando algunas perſonas preſas por deudas, que deben à mi Real hazienda de alcances que ſe les aya hecho, los dichos Contadores de quentas han proueìdo ſobre la ſoltura, y han dado eſperas, no debiendolo hazer; declaro, y mando, que los dichos Contadores de quentas no puedan dar, ni den eſpera alguna en deuda que pertenezca à mi Real hazienda, ni ſoltar à ninguno que por deuda de eſta calidad eſtuuiere preſo, ſiendo liquida, y aueriguada; ſino fuere con conſulta, y orden del Virrey, y poniendo la ſeguridad, y cobro neceſſario en la hazienda.*

9 Scio dictos Calculatores aliter accipere dictam ordinationem, quaſi in fauorem ſuæ iuriſdictionis loquatur, requirentem cõſultarionem D. Proregis ad eos, vt illi poſſint inducias concedere, & ſoluere carceratos, innixi illis verbis, ibi: *No puedan dar, ni dẽ eſpera alguna,* iunctis ſequẽtibus, *ſino fuere cõ conſulta, y orden del Virrey.* Verũ res aliter, atque aliter ſe habet; quia hodierna praxis, & cõſuetudo optima legũ interpreſdicta verba interpretatur, vt nos ſupra expoſuimus; nimirum, vt *conſultationis* verbum referatur ad Calculatores, *ordo* autẽ (hoc eſt iuſſus)

ad D. Proregem, vt ſic omnia aptè cōueniant. Conſultatio enim, & ordo, aut decretum diuerſas exquirūt perſonas, & gradum præſuponunt conſulentis, & decernētis, nec vtrūque præſtandum à Prorege, ſed ad illum referendum congruè dixerim, ſolùm illud, quod cōpetit celſitudini, & ſuperioritati tantæ dignitatis, cuius eſt cōſultis Iuriſperitorum, & expertorum hominum oraculis, maturum finem dubijs, & grauibus negotijs imponere, iuxta textum in l. fin. C. de relat. ibi: *Vt recitata conſultatione*, l. Præcipimus 32. §. penult. & l. in offerend. 37. C. de appellat. & l. 4. C. de temporib. & reparat. Et in tit. C. de appellat. & Conſultationibus, l. Verum 11. §. ex facto, D. de minor. ſingul. text. in l. 17. de iure patronat. vbi Diui fratres in hæc. *Sed cum & ipſo Mæciano, & alijs amicis noſtris, iuriſperitis adhibitis, plenius tractaremus*. Luc. de Pen. in l. omnes, C. de decur. lib. 10. num 30. Et paſsim in iure Pontificio, cap. *conſultationi*, de ſponſal. De frigidis. De priuil. &c. cap. *Conſultationibus*, de donat. De iur. patronat. De offic. & poteſt. iud. deleg. Plenè Cardin. Palæot. de Sacr. Conſiſt. conſult. part. 1. quæſt. 1. Confirmantur hæc per ordinationem 23. ex ſecundis dicti tribunalis, ibi: *Mientras no conſtare de paga por certificacion de oficiales Reales, ò eſpera por el Virrey.* Subaudito verbo *concedida, ò dada*, aut alio æquipollenti. Nec in meritò cum D. Prorex Regem referat, & eius poteſtatē exerceat, ad quam iure maioratis pertinet huiuſmodi beneficia conferre, iuxta integr. tit. C. de præcib. Imperat. offer. vbi Anton. Faber. diffinit. 3. ibi: *Id verò debitori indulget Princeps*, & in Gloſſ. num. 2. ibi: *Ipſius Principis ſubſcriptione opus eſt, vt iuri communi derogetur.* Præſertim, cùm cauſæ arduæ, & indultoriæ cuiuſmodi eſt, qua de agimus, non ad paruas Cancellarias, ſed ad maiores Iudices pertineant. Anton. Fab. vbi ſupr. d. n. 2. ibi. *Impetrari debere non in parua.*

10. Quintò, ex dicta ordinatione in finalibus verbis, ibi: *Poniendo la ſeguridad, y cobro neceſſario*, competenti cautela colligitur concedendas inducias, hoc eſt cum idonea fideiuſsione, l. Vniuerſa 4. C. de precib. Imperat. ibi: *Non aliter valeant niſi fideiuſsio idonea ſuper debiti ſolutione præbeatur*, l. ſi debitori 21. D. de iudicijs, ibi: *Dandumque diem cum cōpetenti cautela ad ſoluendam pecuniam.* Quàm niſi præſtet debitor beneficio non gaudet. Theſaur. d. deciſſ. 1186. num. 7. Gall. 2. obſer. 46. num. 14. Afflict. deciſſ. 378. num. 1. vbi additio Vrſilli nu. 3. Modo eam exigat creditor, nam Princeps proprio motu exigit cautionem. Trentacinq. d. reſolut. 1. num. 8. Donell. lib. 22. comment. cap. 9.

11 Quamquā ex ſententia Cornelij Benincas, de priuil. paupertat. ſpeciali 8. in iudicijs, nu. 34. & ſeqq. quem ſequitur Oſſualdus d. lib. 22. cap. 3. lit. N. Et probat Trentacinq. d. reſol. 1. nu. 9. diſtinguere oportet, ita, vt ſi ex cauſa paupertatis conceſſa fuerit dilatio, fideiuſsio minimè præſtetur; nā eam non facilè pauper inuenit. Nouell. 88. de depoſit. ibi: *Fideiuſſorem enim omnino dandum idoneū non facilè, neque poſsibile paſsim eſt.* Maximè dicente Iuuenale Satyr. 3.

*Quantùm quiſque ſua nummorum*
*continet arca,*
*Tantum habet, & fidei.*

Quaſi nullam fidem habeat, qui nullos nummos, vel pecuniam. Cæterum ſi ex alia cauſa conceſſa fuerit dilatio, veluti ob vitandā incōmoditatē vendendi res, non ſine graui iactura, vel quia non inuenit emptores, &c. Satiſdationē nō exigendam: aliàs inopi fruſtratorium eſſet Principis

cipis beneficium, vt ait Oſſualdus vbi ſupr.lit.N.authoritate aliorum per eum vidend.

12 Septimò, eſt aduertendum, quædam debita talis naturæ eſſe, vt omnino obuerſentur dictis inducijs & illis indigni reddãtur debitores, veluti depoſiti, cuius cõditio celerrimam ſatisfactionem,&promptam exhibitionem exigit, l.pen.C.de poſit. ibi: *Quàm celerrime.* Boer. deciſſ. 296.nu.4.Surd.deciſſ.323. Menoch. d.caſu 203.ſing. text. in d. Nouell. 88.ibi: *Nulla omnino licentia ſit aliquibus extrinſecus interdictionibus vti, & retinere depoſiti reſtitutionem.* Nam reddi debet, *cum tota ærugine follis.* Secundùm Iuuenal Satyr.13. Quod potiori ratione debet extẽdi ad debitores fiſcales, ex cauſa adminiſtrationis Regiæ pecuniæ, ab eis exactæ, nec redditæ: alioquin delinquendi anſa præſtaretur, vt ait Menoc. vbi ſupr.num.19. Præſertim ſi debitum ortum fuerit, ex dolo, lata culpa, raptu, vel vſurpatione, ac denique quauis fraude cõmiſſa, in officij exercitio: quibus in cauſibus, Regijs officialibus moratoria denegatur, l.ſed ſi 4.§.quanquam, D.quod cum eo, l.52. de re iudic. Roman. ſing. 179. Arg.l.1.C.vbi Senatores Ant. Fab. in C.tit.9.lib.1.dif.20.n.1. Beſold.in theſ.pract.lit.Q.num.2.

13 Idem ſeruari iubetur cum debitoribus fiſci ex cauſa renuntiationibus officij, in quod ſucceſſerũt: nam pro ea parte, quam ærario ſtatim inferre tenentur, ſeu dimidiam, ſeu tertiam, moratoriã non merentur, iuxta cap.9. cuiuſdam epiſt. ad D.Principem Schillacenſ. Matriti, die 16.Aprilis, ann.1618. ibi: *A perſonas que han ſucedido en oficios renunciables, por parte de la cantidad que ſon obligados a meter en mi caxa Real.*

14 Et ratio, vel illa reddi poteſt, ne indulgeatur ei, qui vult fructibus officij potiri, & eius emolumentis augeri, ac Principi vniuerſali officiorum domino Regiam portionem auferre: nam & proinde generaliter moratoria excluditur in debitis penſionum ex locationibus rerum, quarum fructus cõductor præcipit. Menoch.d.caſu 203.numer.18. Anton.Faber.vbi ſupr.dif. 20.num.5. Boer.d.loco 3. ſpeculat. tit. de emphit.§.Nunc aliqua verſ.129.Doctores in l. Cùm fructuarius 64. D.de vſufruct.& ibi Gloſſ. Ne illa occurrat iniquitas, vt emptor officij, & rē habeat, & prætium retineat, contra l.bona fidei de act.empt.

15 Tandem ne aliquid intactum remaneat, quòd ad noſtrum ius mũcipale attinet, ſciendum eſt per ea, quæ dicta remanent non derogari iuriſdictioni, quæ competit Regio Senatui per ordinationem 18. iam citatam; nam virtute eius concedere ſolet dictas moratorias in debitis priuatis, cum exigit ius, per tempus ſex menſium, & cum informatione, & ſatisdatione, l.32.& 33.tit.18 par.3.l.4.tit.25.ead.partit.l.15.tit.5.lib.5.Recop.Euia in Curia 2.p.§.24.n.1.ibi: *Y las Reales Audiẽcias.* Villadiego, cap.2.inſtruct.numer.169.fol.31. Confirmatur.cap.102.cuiuſdam Regiæ epiſt.ad D.D.Franciſc.à Toleto, die 27.Februar.ann.575.ibi: *Y en lo que dezis, que ſin embargo de que las Audiencias ſuelen dar eſperas a los Indios en los caſos que las leyes permiten, a los demas no ſe pueden, ni debrian dar las dichas eſperas, ſino por los Gouernadores, por las razones que referis: eſte es negocio de juſticia, y aſsi proueereis que ſe haga quando ſe os ofrezca el caſo.*

16 At in debitis fiſcalibus dictus Senatus ſe intromittere nequit in cõceſsione induciarũ, ſed eas remittit ad D.Proregẽ, iuxta iam dicta, & cap.39.epiſtolæ Regiæ ad D.D.Franciſc. à Toleto 2.Decembris, ann. 578.

578. ibi : *En lo de las eſperas que dezis ſe han dado por las Audiencias de eſſas Prouincias à Eſpañoles , è Indios , que nos deben deudas en tributos ; eſtando por Nos ordenado , que no ſe den , ſino que dexen cobrar libremente à nueſtros oficiales lo que ſe nos debiere, vos lo gouernareis allà como mejor os pareciere, que todo lo que à eſto toca os lo remitimos.*

17 Notãda eſt etiam Regia ſchedula ad Senatum Argentinum Matriti, die 18. Ianuarij, ann. 1575. Quæ damnat exceſſus illius in concedendo moratorias debitis Regi in villa Potoxina, ibi· *Os mando que no deis, ni conſintais que ſe den eſparas con exceſſo, por lo que ſe debiere à nueſtra Real hazienda* , lib. 1. impreſ. fol. 364. modus enim in omnibus ſeruandus eſt, & vitandum, ne licentia , aut conceſsio in exceſſum erumpat ſingul. text. in l. 12. §. 1. de re milit. ibi : *Ne modus in ea re non adhibeatur.* Caſsiod. 1. variar. 19. ibi : *Modus vbique laudandus.* Cicero. 1. offic.

## CAP. XI. CASVS VIII.

### De præſentatione ; & expeditione titulorum officiorum renunciabilium.

*De la preſentacion y deſpacho de titulos de oficios renunciables, pertenecientes al gouierno.*

1 OCtauus caſus ſuperioris adminiſtrationis exercetur in materia officiorum, in quorum meſſe conſiſtit non exigua portio prouentuum Regiæ Coronæ, vt ecce in primis non ad alium magiſtratũ ſpectat præſentatio renuntiatarij cum legitima renuntiatione deceſſoris, & titulo illius, quàm ad Proregẽ, nec expeditio tituli ad vtẽdũ, & illud exercendũ, niſi ad ipſum excluſo Senatu, vt declaratum fuit Regia ſchedula ad D. Comitem de Chinchõ. Data Matriti, die 26. Martij, ann. 1634. in excluſionem Senatus Quitenſis , ibi : *Y porque como ſe os aduierte en capitulo de carta mia de la fecha de eſta , el dar ſemejantes deſpachos, no toca à la dicha Audiencia , ſino à vos, he reſuelto, que todos los dichos deſpachos ſe os remitan, como ſe haze con eſta mi cedula, mediãte la qual os mando los veais, y eſtando hechas las ventas , ò renunciaciones dellos en la forma q̃ eſtà diſpueſto, y ordenado, deis à las partes los recados q̃ conuengan, para el exercicio de los dichos oficios.* Facit c. 2. Regiæ epiſt. miſſæ. D. Proregi, & Senatui Limenſi, die 17. Nouemb. ann. 1626. ibi: *Dezis que eſtas preſentaciones no vienen a eſſa Audiencia, ſino al gouierno, que eſtà a cargo de los Virreyes.*

2 Et vt praxis huius muneris, quando in eius tractatum incidimus laconiſmo perſtringatur, cætera ſuo loco latè tractaturi , præſupponimus , vel officium legitimè eſſe renunciatum à renũciante viuẽte viginti dies poſt renunciationem , & cum ea ſe præſentante renũciatorio intra ſeptuaginta dies numerandos à die illius , iuxta ſchedulam, anno 1606. Caued. 2. part. deciſſ. 24. ibi: *Renuntiantem viuere viginti dies.* Licenciat. Ant. de Leon. in confirmationibus, part. 2. capit. 6. vbi omnia huius tractatus, exatè , per doctè, & magiſtraliter explicuit.

3 Et in hoc caſu primum decretum D. Proregis viſionem requirit fiſci aduocati , quo non contradicente ſequitur ſecundum decretũ, in quo fieri æſtimatio per teſtes deponentes de vero valore præcipitur, in forma conſueta ; quàm induxiſſe meminimus D. Comitẽ del Villar, vt liquet ex cap. 5. epiſt. Regiæ ad eum tranſmiſſæ, die 8. Martij , ann.

589.

589. ibi. *Eſtà bien el auer ordenado, como dezis auerlo hecho, que ſe prueue el juſto, y verdadero valor de el oficio que ſe renuncia con citacion del Fiſcal, y aſsi ſe continuarà.* Contradicente verò Regio aduocato, remittitur negotium ad Aſſeſſorem.

4 Expedita apprecatione tertium decretum eo tendit. *Declaraſe ſer el valor deſte oficio tantos peſos, y entrando en eſta Real caxa la mitad dellos (ſi es primera renunciacion,) ò el tercio (ſi es ſegunda, ò de alli adelante) con certificacion dello y de auer pagado los derechos de media annata, ſe le deſpacharà ſu titulo en la forma que ſe acoſtumbra.*

5 Vel officium venditui alicui ſub haſta ex cauſis inducentibus caducitatem officiorum, & deuolutionem ad Regium patrimonium, aut quia vt quotidie accidit nundinari iubetur aliquod officium nouiter creatum, & etiam in hoc caſu aditur fiſci aduocatus, & non contradicente eo expeditur titulus ſecundùm addictionem.

6 Vbi etiam notandum, adeò pertinere caſus iſtos ad adminiſtrationem ſuperiorem, quæ domiciliũ habet in D. Prorege, vt ad ſolùm Regium Cõſilium Indiarum appellari debeat in caſibus, in quibus non admittit renũtiationem ex defectu perſonæ, modo ei cerciorem faciat de cauſis, quibus ad id motus fuerit, ex Regia ſchedula ad D. Marquionem de Monteſclaros data Matriti die vltimo Decembris, ann. 1607. Anton. de Leon in libro de confirmationes, part. 2. capit. 9. numer. fin. Quam relationem ſecretò faciendam, vt pote inſignem, ac pulſantẽ verecundiam excluſsi optimè docet; licèt aliàs relatio ad Principem cum actis publicè confectis fieri debeat, ex text. in l. 3. C. de relationibus, ibi: *Omnes omnino cauſas relationis ſeries comprehendat.* Cæterum ſi ex alia diuerſa cauſa appelletur in hoc caſu à Domino Gubernatore, Senatus cognoſcit, vt refert cap. 2. Regiæ epiſt. Miſſæ Proregi, & Senatui Limenſi, ann. 626 ſupra relatæ, ibi: *Y ſi las partes apelan, van los negocios à eſſa Audiencia, donde ſe deſpacha guardando juſticia.* Quibus iungenda eſt, l. eos, l. ſi quando, l. à Proconſulibus, C. de appellat. & in terminis, D. Solorz. de Indiar. gubern. lib. 2. cap. 6. num. 12.

## CAP. XII. CASVS IX.

### De declaratione dubiorum in materia rei Dominicæ, & competione Quæſtorum, & Calculatorum ad rem ſummariam pertinente.

1 Declarat itidem dubia occurrentia in materia rei Dominicæ, & eius *enigmata ſoluit.* Vt expreſsim illi conceſſum, & deciſſum eſt quadam Regia ſchedula, ann. 1572. quæ licèt loquatur cum Prorege nouæ Hiſpaniæ, ex identitate rationis, & ſimilitudine gubernij, extenditur ad Proregem noſtrum, argumento textus in l. relegatorum, §. interdicere, de interdict. Iaſſon in l. 1. numer. 7. de conſtit. Princip. Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. 5. parte, §. 10. numer. 26. Et effati ratio pendet ex eo quod Prorex declarans in hac re, nihil innouat, ſed ambiguitatem interpretatur, interim quo Rex noſter conſulitur, & quid aptius decernit: argumẽto textus in l. hæredes palam 21. §. 1. de

*Dudas en materia de baziẽda, y competencia entre los Tribunales della, declara el Virrey.*

D

de hæred.inſtit.ibi : *Nihil enim nunc dat, ſed datum ſignificat*. l. Adeò 7. §. Cum quis, D.de acquir.rer.dom. ibi: *Non nouam ſpeciem facit, ſed eam quæ eſt detegit*, Gilchen. in l.3. C.de edendo, numer. 16. in fine. Petr. Gregor. 48. Syntagm. 5. numer. 9. Boer. ſing.31. Qua in re (niſi fallor) tria obſeruari deberent. Primum, vt iuxta conſuetudinem, & vt minus ab ea declinent, dubia rei familiaris interpretentur, l.ſi de interpretatione 37.& l. Nam Imperator. 38.de legibus,cap. Cùm dilectus de conſuetud.Xuarez in proemio fori num. 18. & 19. Menoch. caſu 199. Velaſc.quæſt.7.num.2.verſ. Quamuis. Secundum, vt id exequatur leui ſuſpenſoque brachio, non graui, & iniurio ſubditis, in quorum lauamen cuiuslibet dubij declaratio, præſertim in re tributaria inclinare debet, l.non puto, D. de iur.fiſc. ibi: *In dubijs quæſtionibus contra fiſcum*. Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffrag.c.11.Plin.2.in Panegir. *Quæ precipuè tua gloria eſt ſæpius vincitur fiſcus*. Tertium, vt conſulantur miniſtri, qui ratione muneris tenentur percalere materiam, inquam dubiũ incidit, quales ſunt Calculatores Tribunalis ſummarum, per ſchedulam ann.1608. *Tractent fabrilia fabri*, ſic iudex ſi de finibus regũdis agitur conſulit menſores, l.ſi.irruptione, §. fin.D.fin.reg. Cicer. pro L. Cornel. Balbo.ibi: *Si Q.Scæuola ille augur cum de iure prediatorio conſuleretur, conſult ores ſuos non nunquã ad Furium, & Caſſelium reijciebat*, vnde Valer. Maxim. dicebat, *ſuæ denique artis optimũ quemque, & auctorem eſſe, & diſputatorem*. lib.8. cap. 13. Et vt eſt in trito iuris proloquio, ſemper conſulendi ſunt in arte periti, l. Comparationes, §. omnes, vbi Bald.n.17 C.de fide inſtr. l.1.in principio, vbi Bart. num.4. de ventre inſpiciend. l. Semel, C.de re milit. lib. 12. Bald. in l. Nemini, C. de aduoc. diuer. Iud. Viuius opin. 412.

2 Idem conceditur in dubijs Regij patronatus, quæ explicare debet non alius, quàm Præſes ſupremus, hoc eſt. D. Prorex, & locum tenens ſuæ Maieſtatis, iuxta ordinationem 55. huius conuentus, ibi: *Iten, quando huuiere duda, acerca de entender alguna coſa de las contenidas en la ereccion de las Igleſias, ò ſobre las colaciones que el Obiſpo ha de hazer a los por Nos preſentados, que el Preſidente de la Audiencia lo declare*. Parlador. different. 9. §.4. numer. 26. Garcia de Nobilit. Gloſſ.9.numer. 23. quamquam ſi contentio fuerit inter D. Proregem, & Prælatum circa intelligentiam alicuius dubij occurrentis in executione Regij patronatus, ſtatuitur, vt Rex noſter conſulatur, & relatione pendente nihil innouetur, ex ſchedula ad Marquionem de Cannete, data Matriti, die 29. Decemb.ann.1593.lib.1.impreſ. fol. 88.l.1.C.de relationibus cap. licet de offic.legat.

3 Huius loci eſt notare; quòd quando vertitur dubium inter officiales Regales, & Tribunal ſummarum in cauſa calculationis; ad adminiſtrationem generalem D. Proregis pertinet declaratio, priuſquam perueniatur ad litigium: nam pendente eo coram iudicibus ſequendus eſt ordo præſcriptus in ordinatione 19. ſecundarum dicti Tribunalis.

CAP.

## CAP. XIII. CASVS X.

### De locatione redituum Regalium, & gabellarum præcipuè alcaualas, & almoxarifazgos.

*Del arrẽdamiento de alcaualas y almoxarifazgos, y preuenciones que ſe deben cautelar en eſte negocio.*

1 OB vitandam aceruam exactionem publicanorum in collectione vectigalis, Hiſpanè *alcauala*, fuit obtẽta Regia ſchedula, die 4. Auguſti, ann. 1596. qua iuſſum fuit D.D. Ludouico à Velaſco, vt curaret huiuſmodi vectigal cõmẽdari ipſis Ciuitatũ, vel Oppidorũ capitulis, vt per modũ capitationis, vulgò *encabeçamiento*, ſub certo pretio moderato illud conduceret, & ſoluerent quotannis in arca Regali canonem conuẽtum. Quæ quidem reſolutio ciuibus, quam indulgens fuerit, optimè callet, qui ſcierit quantis odijs, & execrationibus proſequuti fuerint omni æuo publicani, & omnes exactores ciuilis pecuniæ, l.12. de publ. & vect. Vnde nomem eorum odioſum: ſic vulgò publici canes: latrones de die, & nocte furantes, in quos inuehitur Chriſtoph. Beſold. de ærario c.4. & ex ſententia Salisberiẽſ. policratico 6.c.2. *Quid eſt Publicanus? nonne caput ruinæ, & violentiæ, & prædo ſine pudore, medicus exterminij? nonne immanior furibus eſt?* Per quos vt ait Bocal. 2. ragg. 6 fol. 34 *Sæpè exactio odioſa minùs quàm exactor.* Proſequitur. D. Amaia in l.2. C. de exactor tribut quare olim exactores iniuſti, capitali ſupplicio adficiebantur, l. vnica, C. de ſuperexactor. lib.10. Nouell. Leonis 61. cuius titulis. *Tributorum exactores ſi pluſquã debeant exerint.* De his non malè Petrus Herodius, rer. iudicat. lib.2. tit. 12. cap.4 *Nimiam diligentiam adhibẽdo in publicis exigendis, iniqui multum contrahere.* Caſsiod. lib 2. epiſt. 25. notant noſtri, in l. eum qui vectigal. 16. de V.S. Velaſco quæſt. 31. in princip. Conan. lib.4.c.16. D.D. Ioann. de Solorz. ex Cicer. & Diuo Auguſt. de Indiar. gubernat. lib.4.c. vnic. n.62. Nec omittendus Saluianus, qui eleganti cuſpide eos lancinat lib. 5. de prouid. ibi: *Quibus exactatio publica peculiaris eſt præda, qui fiſcalis debiti titulos faciunt quæſtus eſſe priuatos, & hoc non ſummi tantùm, ſed pene infini, &c.* Ergo actio hæc commendandi huiuſmodi vectigalia ipſis Ciuitatibus, vel nominandi adminiſtratores ad eorum exationem, aut ineũdi locationes eorum ſub conditionibus generalibus ad gubernium ſpectat, & in confirmationem ad ſunt trita exẽplaria, & præcipuè D. Principis Schillacenſis, qui Priori, & Conſulibus mercatorum locauit Limenſis Ciuitatis gabellas, non ſine aſſenſu Regis noſtri: id quod poſteà ſectatus fuit. D. Marquio de Guadalcaçar per tempus quindecim annorum: Sed ſua maieſtas ad nouem dumtaxat permiſsit, forſan ratione, l. 4. C. de vectig. & commiſ.

2 Tandem adminiſtrator generalis, ac D. Prorex, vt muneri ſuo faciat ſatis, cogitare debet, & tractare de prorogandis iſtis conductionibus, vel alijs nouiter ineundis, antequàm tempus antecedẽtium adimpleatur: ne aliquo tempore quantũuis breuiſsimo ſint vacua, ac ſine curatore vectigalia prædicta. Sic dictus Princeps in ſua relatione, n.154 ibi: *Aduierto à V.E. que antes de cumplir los arrenda nientos, ò encabeçamientos, q̃ eſtàn hechos, conuiene hazer otros, tratando dello vn año, ò medio antes por la diſtancia, y como haſta oy no tiene para eſta adminiſtracion por mayor ayuda ninguna el gouierno. V.E. ha de cuidar de todo, como hemos hecho ſus anteceſſores.*

## CAP. XIV. CASVS XI.

### De contractu locationis Fodinarum Guancabilcæ ineundo cum metallarijs idoneis, benemeritis, & antiquis: & de conditionibus præcipuis.

*De aſsiēto de las minas de azogue de Guancabelica con los mineros antiguos, y benemeritos y condiciones principales de él.*

1 GVancabilcæ mons celeberrimus, ingens, & famoſa fodina metallorum argenti viui, quæ licèt ab exteris Hiſpani Regis inuidis *commune ſepulchrum*, indigetetur, & innumerabilia Indorum examina abſoruerit fouearũ ore pate facto, vt ait Caſsiod. lib. 11. variar. cap. 34. adeò vt de eius voracitate, & aeris corruptiſsimi violentia vſurpet Beſoldus in theſaur. pract. lit. B. num. 31. quòd de Scaptẽſulæ fodina antiquus Lucretius lib. 6. de rer. natura, ibi.

*Nonne vides dudiſve perire in tempore paruo.*
*Quam ſoleant? & quam vitai copia deſit*
*Quos opere in tali cohibet vis magna?*

Non tàm id obtingere ob duritiem ſeruicij metallici, quàm ob præcepta Regia nõ cuſtodita, è re eſt; cum ſi effari liceat veriſsima, plereque Indianarum calamitatum ob ſæuitiam, iniquitates, auaritiam, & deprauatos mores ipſorũ exterorũ illuc concurrentiũ acciderint, vt alibi latiùs dicemus. Penſari tamen, in comperto eſt, quòdvis noxæ, vel dãni inuito, & ignorãte pijſsimo Rege noſtro accidentis, maxima vtilitate publica, & vniuerſali, ex qua pendet deductio argenti Regij, & priuatorum; quippè quod ſine argenti viui beneficio, & mixtura colligi, aptè, & vbertim nuſpiam poſſet ad leuãdas Regis neceſsitates, & colligendas præcipuas opes quibus fidem Catholicã ſuſtinet ille, & cuncta ſua Regna deffendit, vt latè diſcutit D. D. Ioann. de Solorz. de Indiar. gubern. libr. 1. cap. 15. & nouiſsimè poſt eum Ioann. Laet. in nouo orbe. libr. 10. cap. 29. qui ait: *Maior enim copia argenti huius metalli ope extrahitur, quàm aliàs flamina educeret, è fornice: denique Guancabilicæ decies centena millia pondo hydrargyri quotannis hauriuntur, &c.* Quare maiores curas quàm aliud negotium rei dominicæ protudit, & onerat adminiſtrationem generalem in tribus animaduerſionibus non contemnendis.

2 Prima tendit ad actionem celebrandi à Domino Prorege nomine Regis noſtri contractum conductionis illius fodinæ cũ antiquis metallarijs: nam cùm ſua Maieſtas ſibi retinuerit, ac ſuæ coronæ reſeruauerit proprietatẽ illius, cum cæterorum metallorum fodinas liberali manu ſuis vaſallis fodiendas condonauerit ſub lege quinti regalis, has non niſi cõductitio, vel præcario nomine ab eis poſsideri, & laborari permiſsit, vt omne viuum argentum extractum, ſuis arcis inferatur, nec per priuatorum manus, quouis titulo diuagetur, ſoluto precio cõuẽto pro quouis quintali: argumento textus in l. 1. C. de metall. libr. 11. ibi: *Quidquid amplius colligere potuerit fiſco potiſsimum diſtrahat, à quo competentia ex largitionibus precia ſuſcipiat.* Alfaro de iure fiſcis Gloſſ. 20. §. 6. num. 105. D. Ioan. de Solorz. de Indiar. gubernat. lib. 5. cap. vnico, numer. 31. & ſequent. Qui benè obſeruat in omnibus metallis Principem habere priuilegiũ, vt ea ſibi ſumat, & cæteris emptori-

toribus præferatur, ex Aluar. Velaſco de iure emphyt. 1. part. quæſt. 24. num. 3.

3 Ex prædictis conductionibus repetitis à tempore D. D. Franciſci à Toleto, non aliud ius habent minerarij veteres huius fodinæ, quàm conductorum, ſiue publicanorum, vt in ea præferantur cæteris conductoribus, qui in ea nondum laborarunt. Schedula Pardi, die 1. Decembr. ann. 1573. ibi: *Dexando las minas à quien las poſſee, y dandoſelas, con que todo el azogue venga à nueſtras manos.* Cap. epiſt. Regiæ ad Comitem del Villar, data die 9. Nouembr. ann. 1586. ibi: *Prefiriendoles en eſto à otros qualeſquier, porque eſta es mi voluntad, è que en todo lo que huviere lugar, ſean ayudados, y fauorecidos, para que por eſta via ſean recompenſados, y otros ſe animen à buſcar las dichas minas.* Cap. 15. inſtruct. ad D. Garcia de Mendoça Proregem, ibi: *En eſte aſsiento que aueis de hazer con los dichos mineros que deſcubrieron, aueis de aduertir no excluir à ninguno.*

4 Et in alio capite eiuſdem inſtructionis. *Eſte aſsiento aueis de tomar con los mineros deſcubridores de las dichas minas, porque como lo lleuais entendido, mi voluntad es, que ſean preferidos à otros qualeſquiera, &c.* Ex l. Congruit, C. de locat. prædiorum ciuil. libr 11. l. C. de adminiſtr. rer. publicar. Gregor. in l. 5. titul. 19. part. 6. Cotta in memor. verbo conductor primus. Vrſill. ad Afflict. deciſſ. 238. num. 1. Mantic. de tacit. & amb. lib. 5. tit. 3. num. 27. Ceuall. comm. quæſt. 756. à num. 61. Brit. in rubr. de locato part. 1. §. num. 48. citat plures Doctiſſ. Auguſt. Barboſ. in l. Ne cui 32. C. de locat.

5 Et ratio eſt ſecundùm Bald. in l. Ne cui, C. De Locato, quia dicti conductores poſſent inuiti detineri in locatione, & conductione, l. Cotem ferro, §. Qui maximos. D. de publican. Boer. deciſſ. 167. Miſing. cent. 4 obſeruat. 23. Franchis, deciſſ. 406. Ponte conſ. 23. volum. 1. Caput 9. inſtruct. mineræ argenti viui ad D. Marq. Cannetij, ann. 588. ibi: *Y que no depende de ſu voluntad dexar de labrar eſta mina: porque de rigor de juſticia puedo yo mandarla labrar, ſiendo como es neceſſario para el beneficio vniuerſal.*

6 Sed ne obſtet, l. locatio §. 1. de Pub. & vect. ibi: *A conducendum vectigal inuitus nemo compellitur.* Dicunt quidam non loqui de eo, qui antea fuerit conductor, in eo enim verificatur detentio, vt pote, qui iã erat in poſſeſsione, & perceperat fructus antecedentis cõductionis, ſed in fauorem noui conductoris, quem compelli ad conducendũ nulla ratio ſuadet, verum quia hũc intellectum excludunt ſequentia, ibi: *Et ideò impleto tempore conductionis elocanda ſunt*, nempè vectigalia, ad quæ conducenda (ait lex in principio) *inuitum nemo compellendum.* Eam mentem, inquam Iulij Pauli eſſe in vtroque text. vt in d. §. 5. inducat compulſionem, duplex ratio illa, & maximorum fructuum perceptio antiqui conductoris, ceu coloni, & difficultas alterius noui inueniendi, cui tantò locari poſsit, vt hæc ſit limitatio regulæ, quam poſuit in d. l. 11. §. 5.

7 Rurſus angit gubernium ſedulitas remittendi pecuniam ex arca regali Limenſi ad arcam Guancabilcæ, ſingulis binis menſibus ad ſolutionem Indorum foſſorum, qui metallarijs in dicto cõtractu diſtributi ſunt, & quorum opera, & labore ineſcuſabili magni prouentus ex profundi montis viſceribus quotidie percipiuntur, in cuius promptitudine collocare ſolent Proreges

prudentiores non exiguã partẽ fortunati exitus ſuæ Dominationis; ſi quidem non deficiente pecunia ſuis temporibus minerarij, qui ob illius penuriã, & eam ſubleuandã parati ſunt, ſemper furtiuis commeatibus argentum viuũ tranſmittere ad lõginquas prouincias, non obſtantibus grauiũ pœnarum comminationibus, vbi ſuccurſi ſunt ſtatis miſsionibus cõuentæ pecuniæ, ſe omnino temperant ab extractionibus, ſiue vſurpationibus illius, apud noſtros extrauios de azogue, vel à verbo trabio. Lucretius lib. 4.

—*Species quæ trauiat omnis.*

Et lib. 6. —*Foraminibus liquidis quia tranſuia tignis.*

Vel propriè, & partitè loquendo patrio ſermone ab extra, & via: nã fures, ne deprehendantur in furto immaniter plectendo vitæ, & omnium bonorum amiſsiòne, vias regales, & itinera aſſueta declinant, ac per abrupta inuia, & periculoſa tranſitum arripiunt, argumẽto l. 4. C. de aquæductu, ibi: *Furtiuis aquarum meatibus*, l. Qui fiſcales 7. C. de nauicularijs, lib. 11. ibi: *Litora deuia ſectatus*, recta nauigatione contempta, l. 4. §. ingreſſum de offic. Proconſ. Sixtin. de Regalib. lib. 2. cap. 6. D. Valenz. cõſ. 52. à num. 34. Mauſon. de contrauand. quæſt. 6. num. 11. cum alijs diligenter, ac ſcitè congeſtis à D. D. Chriſtophoro à Moſcoſo ſapientiſsimo, ac meretiſsimo Iuriſprudentiæ, & eximiæ virtutis maximo Myſte à Conſilijs ſupremis Caſtellæ, & Equite D. Iacobi, in allegat. impreſ. contra Linaris Comitem, fol. 7.

8 Quo remedio ad comprimendam inueteratam fraudem minerariorum Guancabilcenſium, nullum aliud efficatiùs expertum eſt, vel ſecuriùs, aut acceptabiliùs ipſis prædonibus. Nam præter quàm quod iſtud ineſcat manus prædatorum, & veluti hamo aureo illos apprimè captat. Vrget: ex remedijs illud eſſe maiori virtute præditũ, quod morbis graſſantibus occurrit, & obiã it, ne introducantur, quaſi publicè expediẽtiùs ſemper fuerit à culpa, & reatu præſeruari quemquam peccaturũ, quã illum peccantem coerceri. Nam eadem ratione, meliùs eſt in tempore occurrere, quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere, l. vnica, C. Quando liceat vnicuique, l. vlt. C. In quibus cauſis in integr. reſtit. l. 2. C. vnde vi. Caſsiod. 5. variar. 38. *Malis principijs obſtandum, nam quæ nunc virgulta ſunt, erũt, ſi negligantur, & robora. Iſta enim quæ modo facili auulſione dirimuntur, poſtea vix ſecuribus iſta ſuccumbunt.*

9 Aliàs auidi, & indigentes pecuniæ plerique ex dictis metallarijs omnẽ adinuenerunt artem fraudãdi iſtam Regaliam, vt ait Iuſtin. in Nouell. 38. tit. 17. coll. 4. in princip. Quamquam ni obſtaret, & enixè vrgeret neceſsitas in vnũ colligendi cunctum argẽtum viuum, vt iuxta menſuram, & cuiuſuis Regni fodinæ merita, per vnicam manũ eamque D. Proregis diſtribuatur; cum illud nõ ſit ex ſpeciebus, quæ poſſunt vſui eſſe in culinis, tabernis, ganeis, ſeu in pharmacopolijs, ſed ſolùm in argẽteo beneficio, eoque augendo, non multum curandum eſſet de inquiſitione, acriter ineunda, nimia, miſeraq; illa deligẽtia, quæ adhiberi ſolet, iuxta l. 88. §. 17. de legat. 2. vt vulgò ratiocinari ſolet ex quorundam æquitate cerebrina, quaſi de linquentibus iſtis illud cõueniat, quòd ad Plinij conſultationem reliquit ſcriptũ Trajanus Imperator. lib. 10. epiſt. 104. *Conquirendi non ſunt; ſi deferantur, & arguantur, puniendi ſunt.* Iunctis illis, quæ notãt noſtri agẽtes de inquiſitione. Farinac. de inquiſitione,

ſitione, quæſt.1.num.6.tom.2. prax. crim. Iulius Clar. in practic. in q.5. verbo Scias. Vbi remiſsiuè Iacobus. Nouell. in pract. in princip. num.4. Gomez var. lib 3 tit. de delict. cap. 1. numer.39. Caucdo deciſſ.78. part. 1.

10 Cæterum non ſolùm arguendos, plectendoſve, ſed etiam inquirendos argenti viui emptores, & vẽditores, publicos ſeu occultos, nocturnos, vel interdiarios cũ fideliori ſentio: in primis, quia rem vetitam, & expertem commertij priuati, vti Regiam, & Principi reſeruatã fœdant mundinationibus, & eam ſubripientes, non ſemel delinquunt contra tit. C. Quæ res venire non poſſ. & tit. C. de murileg. lib. 11. & l. fin. C. de veſtib Holober. inter, quæ purpura, & ſericum. Cujacius lib. 12. obſeruat.24. Petr. Faber. 1. ſemeſtr.16. Gotofr. in notis ad d. l. 2. C. Quæ res venire. Oſſuald. in Donell. lib.12. comm. cap. 20. lit. F. Item ſal, quæ non niſi à mancipibus vendi poteſt, l. ſi quis 11. C. de veſtigal. lib. Donell. lib.12. dicto capite 20. & contra tit. C. de crimine peculat. §. Item. Lex Iulia. inſt. de public. iudicij. Cauall. reſolut. crimin. cent.1. caſu 99. numer. 41. Menoch. de arbitr. lib.2. caſu 586. Iaſſ. conſ.111 lib. 1. Cacheran. deciſſ. Pedemont. 70. numer.9. Gregor. in l.14. tit.18. part. 7.

11 Rurſus quia ſua noxa non dum contenta longius progreditur prædicta ſubtractio, & ſuo exemplo inuitat metallarios argentinos, qui emunt viuum argentum, vt etiam æmula præda quintum ſubtrahant Regi noſtro, quòd illi debetur ex argento ſolido, ſicuti ex argento viuo, vt latiùs alibi dicemus.

12 Ergo vt omnia inconuenientia euitentur, & dictis minerarijs conſulatur tẽpeſtiua ſolutione, iuxta legẽ contactus, & ſcripturæ, mitti debent vicibus maioribus, quæ ſunt quatuor in anno, & minoribus, quæ ſunt duo, pecunia conuenta, vt illi gratanter laborent, & in arcam inferant quotannis argentum viuũ, quòd inferre tenentur ad ſummam determinatam centu pondior dicti metali in liquido, apud noſtros *en caldo*, ad rationem trium pro vnius Indi operis annuis.

13 Et quoniam aliquando abeſſe ſolet pecunia in ærario (præcipuè poſt expeditionem Claſsis, quæ vehit Regium theſaurum) iuxta Horatianum illud.

*Mancipijs locuples eget æris Cappadocum Rex.*

Decet Proregem, vt vel de ſuo penuario neceſsitati occurrẽti prouideat, vt ſæpè ſe feciſſe profitetur Princeps Squillacenſis, ſua relat. n. 136. *Y como no todas vezes la caxa tiene fuerças para eſto, ni aun credito los oficiales de ella, para hazerlo, ſin notable daño, ha de ſer V. E. el proueedor general, preſtando lo neceſſario de lo que tuviere aorrado de ſu ſalario; como yo lo he hecho algunas vezes.* Ita enim fiet, vt ait Caſiod. 5. variar. 10. ibi. *Vt nec illis deſit ſubuentio neceſſaria, & nullus ſe læſus tali conuentione cognoſcat.*

14 Secunda animaduerſio, quæ incumbit generali adminiſtrationi in eo reſidet, vt inſpiciat D. Prorex, & vigilanter inquirat quãtitatem auri, & argẽti, quæ ex fodinis Peruinis eruitur quolibet anno; vt iuxta vires, & ſubſtantiam cuiuslibet de argento viuo trutina recta prouidere poſsit, illudque emittat ad loca mineraria tempore neceſſario, & præſcripto; cauendo ne diſtribuatur minerarijs commentitijs, ſed veris dominis ſodinæ, & molendini, qui verè egent illius, illudque conſumunt in concinatione argenti: cæteri enim, qui

qui non ſunt niſi hirudines ærarij, vt loquar cum Lipſio, vel falſæ apes, ſeu pſeudomeliſſæ, qui melifluum opus potius impediũt, quàm iuuãt deterrendi ſunt. Et quia nundinariũ faciunt viuum argentũ proſequendi, nõ minoribus pœnis, quàm alij, quorum etiã in dictis locis non paruus numerus, qui Indos ſibi diſtributos non occupãt in miſterio metallico, ſed vẽditant eos, & cauponantur, quare illi nuncupari ſolent *azogueros de bolſa.* Hi autem, metallarij *de faltriquera.* Vtroſque dãnat prouida cautio Regij Indiarum Conſilij in plurimis ſchedulis, quas citat D. Ioan. de Solorz. de Indiar. gubern. lib. 1. cap. 17. n. 11. Præcipuè in quodã cap. epiſtolæ ſcriptæ ad D. Princip. Schillacenſ. Matriti, die 15. Iulij, an. 1620. quod ad litteram inſeri libuit ob grauitatem materiæ.

15 *Aſsimiſmo me eſcriue el dicho Contador, que mas de la tercia parte de los Indios que eſtán repartidos para la labor de las minas del dicho cerro, dexã de ſubir a trabajar a ellas, porque los mineros à quien eſtàn repartidos, los relieuan de ello, por cobrar a ſiete peſos de à ocho reales cada ſemana por cada Indio de los que ſe quedan, diziendo, que con eſta plata alquilan otros Indios que trabajen, y que aunque es verdad que algunos lo hazen, los mas en general ſe quedan con la plata, y no lleuan quien trabaje en lugar de los Indios. Lo qual, demas de ſer coſa que ni en conciencia, ni en juſticia ſe debia permitir, era ocaſiõ para que los dichos quintos ayan venido en tanta diminuciõ; y q̃ ſin embargo de que ſe os auia dado quenta dello, y al Preſidente de las Charcas, para que lo remediaſſedes, y entendia lo hariades, cõuenia que de mi parte ſe acudieſſe à ello, poniendo muy graues penas a los tranſgreſſores. Y auiendoſe conſiderado por los de mi Conſejo de las Indias lo mucho que conuenia acudir à atajar vna introducciõ tan pernicioſa, de que tanto perjuizio ſe ſigue, aſsi à los dichos Indios, como al beneficio de mi Real hazienda; he tenido por bien de mandar al Preſidente, y a la dicha mi Audiencia de la Prouincia de los Charcas, proceda en eſta razon contra los deliquentes en ello, y no ſolo los priue de los Indios, ſino que les condene en las penas corporales, y pecuniarias que pareciere juſto; y q̃ ſi vieren que en execucion de eſte caſo es neceſſario hazer otra demonſtracion, la hagan, y prouean, como ſe ponga por capitulo de riſidencia, y haga cargo, y culpa de ello al dicho Corregidor de Potoſi, ſi diſsimulare, ò conſintiere ſe continue ſemejãte exceſſo; y que deſde luego hagan que el Fiſcal de la dicha Audiencia ſalga à eſta cauſa, y pida lo q̃ cõforme à juſticia fuere conueniente, &c.*

16 Quem quidem exceſſum, ſiue plagium, nullibi magis frequentari exiſtimo, quàm apud Guancabilcã, vbi obſiſtente nihil, quadam ex cõditionibus contractus cum minerarijs initi, plurimi ex illis à mittẽdarijs prouincijs expetunt pecuniã pro Indis, & certum ſtatutum pretium habent iuxta earũ diſtantiam. Nam Mitaij, Xauxini, Guantam, & Andaguailẽſes ſoluunt, pro quolibet ad rationẽ quinquaginta põderum,

rum, ſingulis vicibus duorũ menſiũ, & ſic cæteri. Et plerumque accidit eos, vbi eunt perſonaliter, & non nummatim varijs artibus, & moleſtijs deterreri, & fugari, vt ſit occaſio mittendi iudicem per gubernatorem prætextu defectorum, qui eos extorqueat à correctore in pecunia, inuitis tamen, & contradicentibus quibuſdam minerarijs honeſtis, & benemeritis, qui indos quærunt ad elaborandum, & nummos reiciunt, ne grauent, & expilent pauperes Indos, & deplument miſerandos paſſerculos, quia vt ait Caſsiod. variar. 7. form. 14. *Vt tenues leui diſpendio vulnerantur, quando, vel mediocri iniuria tonerantur, quando, vel mediocri iniuria totum videtur amittere qui exiguum cognoſcitur poſsidere.* Vnde aduerſus tale precium ex nundinatione Indorum imburſantes, optimè inuehitur D. Ioann. de Solorz. vbi ſupra, num. 11. dicens Iudæ inſtar tradere iſtos, & vendere iuſtorum ſanguinem, vel ab eiſdem Indis, vel eorum Caciquis pecuniam accipientes.

17 Tertia animaduerſio in hoc negotio eſt, vt D. Prorex in diſtribuendis Indis huic labori deſtinatis attento iudicio perpendat merita, & ſeruitia minerariorũ Guancabilcæ ad eos remunerãdos, & proficiendos in prædita diſtributione, & curet ne reijciat præcipuè primarios, & vetuſtos, & eorum ſucceſſores ob admiſsionem nouorum, iuxta ſupradicta. Quales & quot fuerint iſti, & in quos ex hodiernis fuerit ius tranſmiſſum, cunctis erit per vtile agnoſcere. Sed quia rex prolixa eſt, & contra noſtrum inſtitutum, mitto lectorem ad ipſas diſtributiones cuiuſuis Proregis tẽpore celebratas, & præſertim ad relationem accuratã conditam à D.D. Ioann. de Solorzano (bone Deus, quali, & quanto viro) dum apud Indianos meos habenas moderaretur gubernij Guãcabilcæ. Ibi enim enumerat perſonas gradatim à potioribus, ſiue magis dignis ad inferiores decurrens, nec nõ, & Indos, qui in quauis cõductione antecedenti eis fuerint aſsignati, & tã dẽ. Dominũ Principem Schillacenſem direxit ſuis notis, & regulis, & vt ita dicam manu ductionibus, ad diſtributionem ſuo tempore faciẽdam, ex quibus breuiter aliqua poteſt inſtillari doctrina, quæ in ſimili aliquando proficiat ad obtinendam aliquam cognitionem de hac re optimè meritorum. Quorum tres ſpecies conſtituam

18 Primam occupãt ſicuti potiorem gradum deſcendentes, ſeu habentes cauſam à detectoribus fodinarũ. Nec mirum cùm ſemper prædicti fuerint varijs priuilegijs, & fauoribus proſecuti, vt qui ſua ſorte, labore, & ſumptibus rẽ pararũt aptã ditandi Regis, Reipublicæ, & eorum ciuium. D. Ioan. Baptiſt. de Larrea deciſ. Granat. diſput. 44. num. 7. Quæ qualitas regulanda non dignitatis titulo, ſed pro vniuſcuiuſq; merito, in hæredes proprios iure ſanguinis trãſfũditur, vel in extraneos diſtractionis, donationis, vel cuiuſuis alienationis iure tranſcribitur; l. 1. C. de annon ciuil. libr. 11. Ioann. Fab. in §. Is verò de rer. diuiſ. in inſtitutis. Æneas Robert. lib. 3. rer. iudicatarum, cap. 3. Si quidem ſeruitia huiuſmodi non ingrata, nec inutilia Principi ſicuti vaſſallo præſtant ius cum conueniẽdi; poſſunt legari, vel cedi alteri. Vaſconcel. lib. 3. variar. iur. argumento cap. 8. Gratian. diſcept. cap. 179. num. 24.

19 Hi detectores (vt rerum primordia pandam) fuerunt in primis. Petrus de Cõtreras, oriundus ex populo S. Lucaris de Barrameda, & Henricus Garces Luſitanus, qui ex noua Hiſpania venerunt ad Peruanam Prouinciam minij cupidine pelle-

pellecti, quòd audierãt venditari in platea Limẽſi, & eius beneficio facies Indarum rubere, ſub nomine *Limpe*. Tãdem poſt varios anfractus detexerũt fodinam dictam. *Tomaca*, in ſitu de Paras, ann. 1560. Gregor. Garcia lib. 4. §. 2. de Origin. Indor. Et inierunt cõtractum cum D. Prorege D. Hurtado de Mendoça Marquione Cannetij, quo tenebantur eã elaborare ſuis ſumptibus ſub onere quinti pendendi Regi: ſed omnia inaniter, nam ob paupertatem metalli res non habuit effectum.

20 Amator de Cabrera poſteà, ann. 1564. profeſſus eſt in Guamangenſi ciuitate apud Correctorẽ fodinam nuncupatã. *La deſcubridora todos Santos*, quã in monte diuiti Guãcabilcæ detexerũt Indi Angaraes ei commendati, ſiue vt alij volũt, quidam Indus D. Gonçalus Nauincopa populi de Chachas eiuſdem commendæ. De qua Ioann. Laet. in nouo orbe lib. 10. cap. 29. hæc. *Inter fodinas autem excellit quæ Amadei Cabrera, vel etiam Sanctorum nomen ſubſtinet, duriſſima rupes, & infinitis hydrargyri venis per totam molem diſcurrentibus, tumens, octuaginta quidem vlnas Hiſpanicas in longitudinẽ, quadraginta in latitudinem occupans; & quaqua patet octuaginta cubitos in profundum ſuffoſa; ita vt trecenti metallici hic ſimul operi poſſint vacare.* A terminali lapide iſtius, vulgò *eſtacas*, profeſſæ fuerunt aliæ fodinæ, nempè *Santa Inès, Santa Iſabel. Correa de Sylua. Iuan Garcia. Inès de Robles, &c.*

21 Antonius Rodriguez Cabeçudo detexit itidem *Chacllatacanam* montem ſic nuncupatum.

22 Alonſus Hernãdez deinde inuenit puteũ venæ nominatæ. *La deſcubridora*, propè quem aliæ etiã detectæ fuerunt non exilis compendij.

23 Franciſcus de Argumedo lauacra Indorum offendit, in quibus puluiſculus metallicus ab eis diluatur.

24 Ioannes Ruizius de Coria alium montẽ ad vnius leucæ diſtantiam detexit, quem appellarunt *de el plomo*, cum non paucis venis eiuſdẽ metalli, ſed nuſpiã excauatis, vt nimis ſumptuoſis.

25 Sequitur ſecunda ſpecies benemeritorum, quæ cõficitur ex minerarijs antiquis, qui emerant ab Amatore de Cabrera fodinam principalem, antequã ille eam renuntiaret in fauorem Regis noſtri, in manibus D. Frãciſci à Toleto nomine Regio, vti Proregis, ſub quibuſdam remunerationibus, & incorporatio eius fieret cum cæteris venis argenti viui in Regiam coronam, vt in capitulo 16 inſtructionis rei Dominicæ, die 15. Decẽbris, an. 1568. illi iniunctũ fuerat, ibi: *Las minas del azogue q̃ ſe hã deſcubierto, ò deſcubrieren adelante en la Prouincia del Perù, auemos mandado ſe incorporen en nueſtro patrimonio, y corona.* Ij fuere Ioannes de Sotomaior. Petrus de Contreras. Rodericus de Torres Nauarra. Alphonſus Perez. Cum quibus poſt dictam incorporationẽ addito Petro de Contreras Ferias, & Ioanne Rationero fuit celebrata prima cõductio huius Regaliæ trium annorũ tempore, iuxta præfinitionẽ textus in l. 4. C. de vectig. & comm. l. 7. tit. 7. p. 5. Azeuedo in l. 2. nu. 7. tit. 11. lib. 9. nouæ Recop. data ad id commiſsione Licenciato Loarte Quæſtori Senatus Limenſis à dicto D. Prorege, qui hanc primam, & aliã ſecundam conductionem ab eodem Quæſtore cũ eiſdem ſex minerarijs contractam de eiuſdẽ mandato, confirmauit, die 9. Iunij, ann. 1573. & 1. Septemb. ann. 1574.

26 Ad tertiam ſubſecutam cõductionem initam ab ipſo dicto Prorege, die 29. Maij, ann. 577. quia Rex iuſſerat cũ vetuſtis minerarijs

eam iniri, in quodam cap. epiſt. primo Decembr. ann. 573 admiſsi fuerunt ſequentes, ex quibus plurimi ex hodiernis, vti eorum iura referentes admitti ſolent.

Petrus de Contreras.
Rodericus de Torres Nauarra.
Ioannes de Sotomaior.
Martinus Alonſus de los Rios.
Alonſus Gonçalez Bocache.
Alonſus Gonçalez Chamorro.
Ioannes Rationerus.
Petrus de Contreras Ferias.
Alonſus Perez.
D. Diegus de Meneſes.
Ioannes Garcia de la Vega.
Hernandus de la Peña.
Ioannes de Almonte.
Ioannes de Velaſco.
Petrus de Vcedo.
Franciſcus Lopez Creſpus.
Petrus Pintus.
Melchor Coronatus.
Didacus de Troia.
Ludouicus de Pinela.
Ioannes Lucas de Valencia.
Diegus Garcia de Chaues.
Ioannes de Contreras.
Gaſparus Ramirez.
Simonius Lopez.
Chriſtophorus de la Milla.
Gaſparus de Contreras.
Ioannes de Raia.
Gonçaluus Fernãdez de Herrera.

27 Et in hac vltima conductione diſtribuit D. Prorex 1Ꝟ300. Indos vt patet ex cap. 26. epiſt. Regiæ ann. 1578. ibi: *En lo que dezis, que para la labor, y beneficio de las minas fueron 1Ꝟ300. Indios, &c.*

28 Tertia ſpecies optimè meritorum componitur ex peritis in re metallica, & aptis ad laborandum; quorum in quauis conductione non paruus numerus cæteris intertextus eſt à Dominis Proregibus, vt qui pro arbitrio ſuo, moderato tamen rationis cõpedibus tenentur curare de hoc, ſicut de cæteris membris rei Dominicæ. Et quidem cum ſcopus huius operis eo tendat, vt extractio metallorum, & eorum beneficiũ augeatur: nullus idoneior viſus eſt ad hanc rem, quã artifex, & quiuis huius artificij dogmatibus imbutus, euentibus, & experiẽtia non incognitus, & qui ſui iam optimum ſpecimen dederit, argumẽto textus in l. fin. C. de murileg. lib. 11. ibi: *Et tam arte quàm ætate habilis, atque idoneus, actis apud Præſidem prouinciæ factis, & eſſe illum idoneum corpore deponente.* l. Per illiricum. 9. C. de Cohort. lib. 12. ibi: *Adhibendi autem ſunt ad huiuſmodi miniſteriorum obſequia, non illi qui vano militiæ nomine immania lucra ſectentur, ſed qui neceſsitatem ſollicitudinibus debitis exequatur*, l. 1. C. de metallar. eod. lib. ibi: *Labore proprio*, l. 1. C. de excuſat. artific. lib. 10. ibi: *Quo magis cupiant, & ipſis peritiores fieri.* Notant noſtri in l. Inter artifices de ſolution. iunctis quæ diximus ſupra in caſu octauo. Vicent. de Franch. deciſſ. 363. & 679. Æneus Robert. lib. 2. rer. iudic. cap. 16. Et præcipuè opifices artis metallicæ, vbi adeò neceſſarij ſunt, haud foueri nequeunt, ne illic, vt vtar Plinij ſecundi verbis lib. 10. epiſt. 41. publica pecunia, & quod eſt omni pecunia pretioſius, munus regale malè collocetur ob defectum peritorũ. Vnde Trajanus illi reſpondens, ait epiſt. 42. *Architecti tibi deeſſe non poſſunt. Nulla prouincia eſt, quæ non peritos, & ingenioſos homines habeat, modo ne exiſtimes breuius eſſe ab vrbe mitti, cùm ex Græcia etiam ad nos venire ſoliti ſunt.* Eiſdem penè verbis Rex noſter in cap. 4. inſtruct. rei Domin. ad D. D. Franciſc. à Toleto, die 28. Decemb. ann. 1568. ibi: *Toda via ſeria bien que de acà ſe lleuaſſen*

D.

*uaſſen algunos maeſtros eſpecialmente Alemanes, que en eſte arte tienen gran experiencia, y ſuficiencia, pues podrian ſer de mucha ayuda, y ſeruicio para las dichas minas.*

29. Hic tamen fuſcare neque obliuione amicũ Lupum de Saauedra aliàs *Buſconem* nuncupatum: potiùs per excellentiam, quàm per ſcomma, veluti quæſitorem ſecretorum artis, & naturæ in re metallica, qui noſtro æuo furnos *buſconiles* inuenit, procera forma, & veluti in brachia ex tubulis lateritijs ſtructa ſe extendentes. Quorum beneficio irrigatorum aqua fluuiali recolligitur, hodie plus argenti viui, quàm olim in ollis coopertis Hiſpanè *Caperuzas*, nullo iam ſpreto metallo, vtcumque paupere. In cuius præmium tria pro centum additi per eũ augmenti illi condonata ſunt à Domino Prorege, in perpetuum ſibi, & ſucceſſoribus. His proximũ eſt: quædam obſeruari circa adminiſtrationem, & conductionem huius Regaliæ, noninutilia, nec contemnenda, quæ paſsim offerri ſolent, & vt plurimum prouiſa ſunt in Regijs ordinibus.

30 Primum, quòd licèt ad has cõductiones ineundas accedant plus offerentes per animoſam licitationem, aut quouis modo, vt excludãt, minerarios antiquos admittendi nõ ſunt: nam vt iam ſupra enunciatum eſt, voluntas Regia eos in omni euẽtu præfert, inſuperhabita auctione lucri Regalis, ſeu oblatione maioris compendij, cap. 15. instruct. argenti viui ad D. D. Garcia de Mendoça, die 19. Septembris, ann. 1588. ibi. *Y aunque aya otras perſonas que quieran hazer baxas en los dichos precios, no las admitireis; ſi vieredes que los dichos mineros ſe acomodã a lo que fuere juſto, pues como eſtà dicho, mi voluntad es, que ſean preferidos à otros qualeſquiera, y el bien de el negocio no eſtà tanto en que ſea el precio poco mas, ò menos, como en que ſe ſaque mucha cantidad, y que para poderlo hazer anden deſcanſados, y ſobrelleuados*, l. Prædia 5. C. de locat. prædior. ciuil. lib. 11. ibi: *Sed nec locabitur alteri, licèt ingenti ſuperari videantur augmento poſſeſsio.* Pulchrum exemplum apud Plin. ſecund. libr. 1. epiſt. 11. ibi: *Miraris quòd Hermes libertus meus hereditarios agros, quos ego iuſſeram proſcribi, pro meo quincunce, ſeptingentibus millibus Corelliæ addixerit: adijcis poſſe eos nongentis millibus venire.*

31 Secundum pretium ſoluendum minerarijs, pro quouis cẽtum pondio argenti viui debet eſſe vtrinque accomodatum, taliter, quòd nec minerarius ob eius vilitatem pauperetur, & deterreatur ab opere metallico, nec Rex ob eius magnitudinem lædatur. Nam vt ait Caſsiod. 5. variar. 39. *Ne cuiquam labor ſuus videatur ingratus ſalaria eius pro qualitate locatæ rei veſtro volumus æquitate conſtitui: non enim noſtra, ſed illorum rara dicenda ſunt, ſi pro voluntate conducentis modus eueniat penſionis.* Inæqualitas enim pretij turbat firmitatem contractus, & corrumpit conuentiones, notant noſtri in l. 2. C. de reſcind. vendit. præcipuè Pinelus.

Quare vt illud euitetur, & cõductio ritè, & rectè fiat, curandum, vt merces, vel precium nõ pendeat ex priuata affectione, ſed ex communi hominum conſuetudine, l. in lege 62. §. 1. & lex. Precia. 63. ad legem Falcid. ſingul. text. in l. ſi ſeruum 33. ad legem Achil. ibi: *Non affectiones æſtimandas eſſe puto, ſed quanti omnibus valeret. Sextus quoque Pedius, ait pretia rerum, non ex affectione, nec vtilitate ſingulorum, ſed communiter fungi.* Dueñas regul. 34. Menoch. 1. rem. recuper. numer. 416. & 418.

D.

D. Gregor. Lopez Mader. animaduerſ.cap.10. num.2. Viuius lib.1.deciſ. 70. Hering. de fideiuſ. cap. 22. num. 67. Quod notari vellim ex eo quòd licèt iuſſum fuerit, vt preciũ cuiuslibet centum pondij, ſit centum ponderum, in cap. 16. dictæ inſtruct. ibi: *En lo que toca al precio à que han de dar los dichos mineros cada quintal de açogue, pueſto en mis almacenes, en poder de mis oficiales Reales de mi haziẽda, que alli reſiden, ha parecido que fueſſe à quarenta y ſeis peſos enſayados: que es algo mas del vltimo precio, porque el Virrey Don Franciſco de Toledo ſe cõcertò con ellos.* Illud non cuilibet tempeſtati aptari poteſt, & variationem conſueuit recipere, iuxta tempora, & profunditatem illius mineræ, ac reditus, & vbertatem metalli, l. ſi quos, C. de reſcind. vẽd. d. l. 63. §. Nõnullam, l. ſpeciebus 8. C. de cohort. li. 12. l. 18. §. vlt. de donat. cauſ. mort. l. 14. de condict. furt. Id enim eſt, quòd Vlpian. vult in d. l. in lege, §. corpora. Nempè secũdùm rei veritatem taxationem faciendam eſſe, non verò ſecundùm preciũ formale, ibi: *Nec quicquam eorum formali precio æſtimandum eſſe, ſciendum eſt, quaſi precium formale ſit, quod præſcriptum eſt in forma cenſuali.* l. Forma 4. D. de cenſib. iuxta interpretationem Duareni. ad tit. ad legem Falcidiam, cap. 8.

32 Rurſus caueri oportet, vt excipiantur in his cõductionibus metalla collapſa, ruinis, vel terræmotu, aut alia vi maiori de fulcris, pilis, vel pontibus, metallicis quibus ſuſtinentur fodinæ: ne ad conductores pertineant, nec eis fruantur, vt conſueuerunt in vetuſtis conuentionibus; quia his non exceptis, auiditas publicanorum temere auſa eſt in ipſa fulcra, pontes, & columnas graſſari, & abradere paulatim metalla, ex quibus ea cõponuntur, quæ omnium ſunt opulentiſsima, quo facto attenuari cõtingit, & propterea nutari, immò, & corruere maximam partem illius machinæ, contra l. ſi quis 38. D. de pœnis, ibi: *Si quis aliquid ex metallo Principis.* Et l. in Ægypto 10. de extraor. crim. ibi: *Qui chomata rumpit, vel diſſoluit.* Quare in omnẽ euentum ramenta hæc, ſiue cruſtæ Principi reſeruati debent, vti Domino, argumento. Nouellæ Imperat. Leonis 95. ſub titulo de auulſa terræ cruſta, vti cautum eſt à prudẽtiſsimo Prorege D. Comite Chinchonenſi, in cap. 12. ſuæ conduct. ibi: *Para remedio de lo qual ſu Excelencia manda, que todo el metal que durante eſte arrendamiento ſe derribare, y cayere en las dichas minas de los dichos pilares, eſtrinos, puentes, tablones, y bobedas, ha de ſer de ſu Mageſtad, y no de los dichos mineros.* Et ibi: *Y los oficiales Reales lo vẽderàn de contado à quien mas diere por el dicho metal caìdo.* l. In fraudem 45. §. Conductor. de iure fiſci.

33 Accidit ſæpiſsimè minerarios prędictos relocare, ſeu in adminiſtrationem dare, quòd illis locatũ eſt à Rege, ex quo plurima damna exoriri ſolẽt. Nã in primis Indi plus ſolito grauantur, & affliguntur ab iſtis redemptoribus, & libertas eorũ infringitur ſubiecta cõmertio, cùm ſit expers illius, & opera, ac illorum ſeruitia mutantur, & per conſequens ipſa mineralia incuria maxima tractãtur, nullis extractis metallis, cùm Indi operarij ad alios labores traducantur; aut perperã, & auide elaborata, vt paruo tempore dicetur reconductor defructãtur metalla, & cuncta ad fraudem, & periculum reducuntur. Quare licèt regulariter locare non denegetur cõductoribus, l. Cùm in plures 60. D. locat. l. ſi tibi 7. l. Nos 8. D. eod. l. Nemo 6. C. eod. Gom. 2. tom. var. c. 3. n. 11. Conan. lib. 7. c. 11. n. 6. col. 2. Dueñas

ñas regul.304. Donell. lib.13. comment.cap. 7. Gregor.Lopez in l. 5. tit.8.part.5.Gloſſ. 8. tamen conductione, de qua noſter ſermo illud prohiberi debet, ne incurrantur inconuenientia prædicta, maximè cùm nō æque idoneus reconductor inueniatur, Oſſuald. in Donell. d.c. 7.lib.13.lit.D. per text.in l. Sed neque 7.de vſu,& habitatione, & denuò introductus, & admiſſus à primo; procliuis ſit ad defructandū, & peruersè fruendum dextra, & læua. Appoſitè in hos Conſtantin. in l. 1. C.de mancip. & colon. lib.12. ibi: *Emphiteuticarios grauant coloni agros, præter conſuetudinem vſurpantes, quos nullis culturis erudierunt.* Caſsiodor. itidem in eoſdem, qui ſuffecti ſunt nomine vellicorum 5. variar. epiſt. 49. in fine. *Vellicorum quoque genus, quod ad damnoſam tuitionem quæruntur inuentum, tàm de priuata poſſeſsione, quàm publica, funditus volumus amoueri.* Non longè Martial. lib.10. epig.30.

*O vinitores villici que fœlices.*
*Dominis parantur iſta ſeruiunt vobis.*

Videndus Gregor. Lopez in l. 74. tit 8.part.3. Gloſſ. 4. ibi: *Agens de conductoribus, qui vltimo anno, & reſiduo tempore defructuant, & deteriorant prædia, & vineas, vt ampliores fructus percipiant.* Cum Ioann. de Plat. in d.l.1.C.de mancip.& colon.capit.7. dictæ ſcripturæ. *Es condicion que ningun minero de los comprehendidos en eſte aſsiento pueda arrendar, ni dar en adminiſtracion la labor de las minas, que por el dicho aſsiento le perteneciere; ni los Indios q̃ para labrarlas ſe le repartieren, aunque ſea para ocuparlos en el miſmo miniſterio, porque ha de quedar obligado à aſsiſtir en la dicha villa, ò cerro, y no ha de hazer auſencia, ſin licencia de ſu Excelentia, que ſe la darà, conueniendo, &c. Felix illi contingit, & prædicanda captiuitas,* vt ait Caſsiod. 12. variar. 9. *cæteris dominis in hac ſorte deteriores, quoniam alienare nequeunt, quòd poſsidere præualuerunt.* Vnde non ineptè dicere poſſumus quodammodo iſtos publicanos veluti conditionatam habere libertatem, cùm à loco, & ſcitu minerarum libere diſcedere nequeant intra tempora cōtractus, nec in ſuum locum alios poſsint conſtituere ad exemplar Curialium, de quibus in l.Nullus 60. C. de Decur. lib.10.ibi: *Nullus qui nexu generis Curiæ tenetur obnoxius per ſubſtitutam quamcumque perſonam curiales impleat functiones, ſed ipſe per ſe munus exoluat,* l.1.C. Si curiales relicta ciuitate. lib. 10. Caſsiod. 2.variar.epiſt. 18. & libr. 9. epiſt. 2. Metallariorum, de quibus in l. fin. C. de metall. lib. 11. ibi: *Ad propriæ originis ſtirpem, laremque reuocentur.* Baſtagariorum, & murilegulorum, de quibus in l. æternam, & l. Murileguli 11. C.de murilegul. lib.11. Fabricenſium, Corporatorum, Collegatorum, Nummulariorum, Colonorum, Patrimonialium, &c. De quibus in titulis 9. 12.13.14.15.16.17.50.51. 52. 62.67.C. libr. 11. Baeza de inope debitore, cap.2.à num.17.Greg.in l.89. tit.18. part.3.

Præterea obſeruari oportet, ne admittantur ad nouiſsimam conductionem minerarij, qui ex antecedentibus remanſerint aſtricti debitis fiſcalibus quo vſque ea exoluant, ſiue ſatiſdent.cap.2.dictæ ſcripturæ, ibi: *Es condicion, que los mineros que anſi debieren alguna cantidad, no han de poder gozar de eſte arrendamiento, ni entregarles los Indios que les fueren repartidos en èl, ſi primero no huuieren pagado la dicha deuda en açogue en caldo, quintado a quarenta y quatro peſos enſayados: y no teniendo açogue, en reales,*

E como

*como les fueron dados para la paga de los dichos jornales.* Elegans textus in l. Locatio 9. §. 2. D. de public. & vect. ibi: *Reliquatores vectigalium ad iterandam conductionem, antequam ſuperiori conductioni ſatisfaciant, admittendi non ſunt.* Crinit. diſcept. 15. capit. 3. Sebaſtianus Neuius, in d. §. 2.

34 Sequitur, prouidendum, ne dicti minerarij præter argenti viui fodinam conductam, poſsint aliàs argenti, auri, & aliorum metallorum conducere; tùm vt expeditius, & accuratius Regi elaborent in plura non diſtricti; tùm ne detur occaſio tranſmittendi Indos ad earum effoſsionem, in diſpendium primæ conductionis, cui additi ſunt, vt continetur in capit. 3. dicti contractus, ibi: *Otroſi, los mineros de eſte aſsiento, durante el tiempo de èl, no puedan labrar minas de plata, ni oro, plomo, y cobre, ſuyas, ni agenas, ni tener a ſu cargo ingenios de ellas, &c.* Argument. text. in l. Curialis 30. C. de locat. & cond. l. Licèt 35. C. eodem, ratio text. in l. Locatio 9. §. Debitores, D. de public. & vect. ibi: *Ne ex alia cauſa eorum debita onerentur*, l. 2. C. de agr. & mancip. lib. 11. ibi: *Ac tantùm colendis noſtris rebus additi*, l. 1. C. de conduct. prædior fiſc. Dom. Auguſtæ, ibi: *Non priuatis ſe negotijs.*

35 Tandem conductio hæc iniri non oportet, niſi idonea cautione & ſatiſdatione præſtita à dictis minerarijs, l. 1. C. de locat. prædior ciuil. ibi: *Neque enim quicquam poteſt ex deuotionis plenitudine vacillare, ſi apparitione iudicaria, & fundi idoneis attributi ſunt, & inde fiſcalis indemnitas idonea fideiuſsione eſt munita*, l. Locatio 9. §. 3. D. de veſtig. ibi: *Niſi fortè tales fideiuſſores obtulerint, qui debitis eorum ſatisfacere parati ſunt*, l. Quilibet. 7. C. de executor. & exact. lib. 12. ibi: *Præſes ipſe, vel alius, ad quem iuſsio dirigitur cautione exigit.* Edictum 13. Imperat. Iuſtin. capit. 10. ibi: *Aut ſufficientem tractoribus, ſcriniarijs ve cautionem præſtet.* Et cap. 24 §. 3. ibi: *Omnibus modis explendum fiſcum illive ſatisfaciendum curent.*

36 Vbi tamen animaduertendũ oportet, coniugendos itidem dictos minerarios in hac conductione ſub nexu obligationis indiuiduę, & inſolidum, vulgò *mancomunidad*, vt firmior, & ſecurior fiat executio contractus; & omnes pariter inuigelent in faciendo ſatis ſuo muneri quolibet illigato pro alijs, & excluſo, cui illud recuſauerit. Sic præcipitur in cap. 15. dict. inſtruct. D. D. Garciæ de Mendoça, ibi: *Y procurar que ſe mancomunen todos, y que ſe aſſegure el cumplimiento de ſu obligacion quanto fuere poſsible; y no dareis Indios al que no quiſiere entrar en la mancomunidad, excluyendole de el aſsiento, y todos ſe han de obligar à dar la cantidad de açogue*, l. 5. C. de fabricenſ. lib. 11. vbi appoſitè Imper. *Denique, quod ab vno committitur, id totius delinquitur periculo numeri, vt conſtricti nominationibus ſuis ſociorum actibus quamdam ſpeculam gerant, & vnius damnum ad omnium tranſit diſpendium.* Facit integer titulus, & lex vnica, C. Sumptus iniũcti muneris ad omnes collegas pertinere, lib. 11. ibi: *Cùm ad munus exhibendarum angariarum cum alijs creatus à conſortibus muneris ſolicitudine deſerta ſolùm te functum eſſe proponas, &c.* l. Imperator 11. D. ad municip. ibi: *Officium indiuiduum, ac periculum eſſe commune.* Et l. Quid 13. D. eod. ibi: *Indiuiduum officium, & commune periculum ſuſcepturum.* Boer. deciſſ. 8. num. 11. Mand. conſ. 356. vol. 2. Raudenſ.

denſ.deciſ.Piſan.4.per totam. Quibus addenda eſt ratio text. in l. fin. C.de agricolis, & mancip. domin. lib.11.vbi in emptione agri dominici non vnus colonus tantùm, ſed plures ſociari iubentur; nec mirum cum propterea dicantur dicti metallarij, corpus, ſocietatem, & collegiũ habere in l.1.quod cuiuſque vniuer. ibi: *Vel auri fodinarum, vel argenti fodinarum, &c.* Eleganter P. Adam. Contzen.in Polit.libr.8.cap.12.monet. Principem, vt ad operationem metallicam more antiquo Romano coniungat plures homines ſimul, & diuites, qui olim dicti publicani, vid.l.4.D.de colleg.Bodin. lib.3.Polit.cap.3.

37 Addimus, ſemper curandũ, vt ad menſuram quantitatis argenti annui, quod è mineris argentinis Perubij deducitur, ſe extendat quantitas argenti viui quotãnis tradenda per publicanos, vt ſic abundè omnibus prouideatur, quando iuxta bene emeritam rationẽ vtriuſque generis, & inter ſe mutuã indigentiam experimento comperimus non plus vnius, quàm alterius copiã deſiderari, immò argenti viui ampliorem eſſe debere, vt ſi neceſſe fuerit, prouideatur fodinis Mexicanis; & ſuperfluum ſeruetur in tempus futurum, propter caſuales defectus, qui poſſunt contingere ex pluribus cauſis, ex ſchedula ad D. Garciam, die 19.Septembr. ann.1588. ibi: *Vna de las coſas en que principalmente conſiſte la groſſedad, y riqueza de las dichas Prouincias, y por eſta parte lo mas de lo que conuiene à ſu buen aſsiento, y tambien a la poſteridad de eſtos Reynos es dar orden en que ſe ſaque, y aya açogue en abundancia para el beneficio de los metales, de los quales mediante los ingenios de que ſe vſa para eſte efecto, ſe ſaca otra tanta plata como ſe prouee de açogue, &c.* Quo tendit exemplificatio D. Princip.Schillaceſ.in ſua relatione, numer.135.ibi: *Serà neceſſario conſumir cada año en el beneficio de los metales mas de ſeis mil quintales, porque otros tantos ſe ſacan de plata, cinco mil en Potoſi, ſetecientos en Oruro, docientos en Caſtro-uirreyna; y ciento en las demas minas, por ſer aſsientos pequeños, en que entran las de oro de Zaruma en Loxa; porque las de Carauaya ſon de ſolo lauederos.* Poſtea tamen ſuperadditæ ſunt fodinæ de Cailloma, Chocaia, Condoroma, Conchucos, Rauma, quæ abſumunt manam quantitatem, & Potoſini montis laſsitudinem, & debilitatem ſupplent. Sum tamen perſuaſus minorem ſuffecturam, ſi in quouis ſcitu minerario adeſſet peritus beneficiator à Prorege præuio examine approbatus, iuxta l.fin.C. de murilegul.lib.11.*Ettàm arte, quàm ætate habilis, atque idoneus, actis apud Præſidem Prouinciæ factis.* Nam ob huius artificij defectum, & imperitiam benificiandi argentina metalla, & abuſus commiſſos in vtendo argento viuo improuide, & nondum per purgato metallo, nec vitijs ingenitis excuſsis virtute huius, vel illius medicaminis ferri, ſcilicet, calcis, plumbi, & cæterorum, plurimum argenti viui reuoluti cum terra argentea, è contignatione dilabitur, & perditur: ſed de his alij.

38 Quoniam argentum viuum, non prius formam liquidam, & fugacem adipiſcitur, quàm fumus, à quo procedit, fuerit ab attritis, & concrematis metallis euaporatus, & combuſtioni huiuſmodi, nullum lignum aptius inuenitur, quàm Gerna *Hicho* appellata, quæ nõ ſine cauſa, veluti ineſcuſabilis coniux cum dicto metallo vrenda, & copulanda in eadem montana patria enaſcitur, & abſciſſa renaſcitur, & germinat,

minat, prudenter ſupremum Con-
cilium iuſsit, reſcribens ad Com-
mitem del Villar, die 9. Martij,
ann. 1586. *Que ſe hagan plantas de*
*rama, pepitas, y ſemilla, y ſe con-*
*ſerue la yerua, ò maleza que llaman*
*hicho, con que ſe beneficiauan las mi-*
*nas.* Et ibi: *Y he entendido que el que*
*eſtaua cerca, ha venido caſi a acabarſe,*
*y que aſsi ſe trae de lexos, y que ſin*
*eſto no ſe podrian labrar las dichas mi-*
*nas, haziendo ordenanças para ſu con-*
*ſeruacion.*

39 Nec mirabilis, aut inſolens cu-
ra hæc lignaminum videri debet,
ex his quæ notat Ioann. de Platea
in lib. 2. C. de cupr. ex luco Dāph-
nidis, & Lucas de Penna in rubric.
referens eo textum inſignem in l.
In fraudem 45. §. penult. D. de iure
fiſci. Propterea apud Romanos cu-
ſtodia Syluarum, montium, & ne-
morum Conſulibus demādata fuit.
Caſſan. in Catalag. glor. mund. part.
7. conſid. 21. in fine. Cæl. Rodig. lib.
14. cap. 5. Forcatul. in cupidin. iuriſ-
per. cap. 4 num 1.

40 Poſtremo ſcire oportet, de-
tectori mineræ argenti viui in præ-
mium detectionis deberi vſumfru-
ctum illius per tempus triginta an-
norum, quibus elapſis, reddit ad pro-
prietatem, & cum ea conſolidatur
incorporata Regio patrimonio, iux-
ta ordinationem 20. D. D. Franciſci
à Toleto, niſi ampliùs viuat dictus
detector; nam hoc caſu, quoad de-
cedat, illi permittitur vti frui, vt in
ea continetur quæ ſic ſe habet. *Or-*
*deno, y mando, que qualquiera perſona*
*dende la publicacion de eſta ordenan-*
*ça en adelante, en todo eſte Reyno pue-*
*da deſcubrir minas de açogue, y las ma-*
*nifieſte, y regiſtre, y en ellas tenga*
*las varas que a los deſcubridores les eſtàn*
*ſeñaladas, y concedidas en las minas de*
*plata, por eſtas ordenanças, en la par-*
*te, y lugar que las eſcogiere; las qua-*
*les tenga, y poſſea, y ſe aprouече de el me-*
*tal que de ellas ſacare por termino, y eſpa-*
*cio de treinta años, que corran, y ſe cuen-*
*ten dende el dia que hiziere el regiſtro de*
*el dicho deſcubrimiento, con facultad que*
*pueda vender el derecho que por lo que di-*
*cho es ſe le concede en las dichas minas que*
*aſsi deſcubriere por el dicho tiempo; y de*
*la miſma manera paſſe à los ſuceſſores,*
*que por qualquier titulo huuieren de auer*
*los demàs bienes de el dicho deſcubridor.*
*Y ſi el tal deſcubridor en todos los dichos*
*treinta años no huuiere diſpueſto de las*
*dichas minas, y viuiere mas tiempo, que*
*goze de ellas haſta que muera, y cumpli-*
*do lo ſuſodicho, queden incorporadas en la*
*Corona Real con los demàs que huuiere en*
*la dicha beta, que aſsimiſmo ſe ponen en*
*ella dende el dia de el regiſtro, ſin que per-*
*ſona alguna ſe pueda eſtacar, ni tener par-*
*te en toda ella, ſino tan ſolamente el dicho*
*deſcubridor; el qual por el dicho tiempo ha*
*de ſer obligado à vender a ſu Mageſtad*
*todo el açogue que ſacare de las dichas mi-*
*nas, dandole por cada quintal, ſi fuere de*
*las minas de Guancabilca para abajo, ò*
*haſta el Cuzco, lo miſmo que dà a los que*
*la labran, ò labraren: y ſi deſde el Cuzco*
*para arriba la quarta parte mas. Con los*
*quales dichos aditamentos ſe cumpla, y*
*execute lo contenido en eſta dicha ordenā-*
*ça: por manera, que los dichos deſcubrido-*
*res de las dichas minas de açogue, ni ſus*
*herederos, ni ſuceſſores, ni aquellos à quien*
*fuere vendido el derecho que ellos tuuie-*
*ren, que aſsi les es concedido por eſta orde-*
*nança, no pueda vender, ni reſcatar, ni en*
*otra manera alguna tratar, ni contra-*
*tar con el dicho açogue, ſino fuere dan-*
*dolo à ſu Mageſtad por el precio, y en la*
*forma que eſtà declarado. Mando, que los*
*Oficiales Reales de ſu Mageſtad, que han*
*de tener aſsimiſmo eſtas ordenanças, aſ-*
*ſienten en vn libro de ſu oficio todas las*
*minas que de el dicho metal de açogue ſe*
*regiſtraren, y quedaren deſde entonces in-*
*corporadas en la Corona Real. La qual*
*dicha venta hā de hazer los dichos deſcu-*

 *bri-*

*bridores, auiendo pagodo primero el quinto à ſu Mageſtad perteneciente, como ſe paga de lo que ſe ſuca de las minas de plata.* Hanc ordinationem confirmauit Rex noſter in capit. 22. inſtructionis de hac re ad Comitem de el Villar, die 17. Septembris, ann. 1588. vbi arbitratui, & deliberationi dicti Proregis commiſsit dictas mineras liberè detegi, & excauari ab omnibus tàm detectoribus, quàm cæteris ad inſtar fodinarum argenti, vel auri, modo quartum Regi penderẽt pro quinto, vel quintum, ea lege; vt non alij, quàm ei vẽderent pro certo precio omne argentum viuum, aut tandem eis liceret vti frui triginta annorũ curriculo quinto perſoluto, ibi: *Por vna ordenança de minas de las que hizo Don Franciſco de Toledo, que habla ſobre los açogues, ſe diſpone, que a los nueuos deſcubridores de ellas ſe les dè el vſufruto por treinta años, que corran deſde el dia que ſe deſcubrieron; y porque conuiene que ſe fauorezca mucho eſte deſcubrimiento, y ha parecido que ſerà bien ordenar, que los deſcubridores tuuieſſen libertad para deſcubrir las dichas minas, y eſtacarſe en ellas ellos, y otros, ſegun, y como ſe eſtacauan los deſcubridores de minas de oro, y plata, y gozaſſen de ellas ellos, y ſus ſuceſſores, con que fueſſen obligados à pagar el quarto en lugar de el quinto, ò el dicho quinto, con que huuieſſen de acudir con todo el azogue que ſacaſſen por el precio que pareicieſſe conforme al que ſe paga à los mineros de Guancabilca, reſpetiuo, teniendo atencion à la diſtancia: mirarlo heis, y auiendoos informado de lo que conuernà, lo aſſentareis como mejor os pareciere, dando al deſcubridor la mina en perpetuidad para ſi, y para ſus deſcendientes, acudiendo con el quinto, como eſtà dicho, ò dandoſela por los dichos treinta años, ò por ſu vida, qual mas quiſiere, acudiendo ſolamente con el quinto. De lo que lleuais cedula para vſar de ella, y publicarla, como os pareciere.*

41 Quod referre libuit ad litteram, vt ſciatur communiter non aliud præmium huius detectionis eſſe, quàm relatum. Nam cætera, quæ vulgò circumferuntur tituli Marquionis, vel Commitis, & alia huiuſmodi à Rege detectoribus promiſſa, ſunt merum ægrotantium ſomnium: cum Regali arbitrio varianti iuxta qualitatem perſonarum, ſint præmia huiuſmodi reſeruata.

42 Tranſactis autem prædictis triginta annis, & intra illos diem functo detectore, vſusfructus euacuatur, & proprietas veſtitur fructibus, qui ex tunc ſunt Regales, argum. text. in l. 3. §. Morte, quibus mod. vſus fract. amit. l. in ſingulos 8 de ann. legat. l. Sempron. Attalus 26. de vſufr. legato, l. Ambiguitatem 12. l. Corruptionem, de vſufruct. §. Finitur inſta de vſufruct. Morl. in emporio, tit. 6 de ſeruit. quæſt. 1. 2. & 3. Gomez 2. tom. variar. capit. 15. D. Ioann. del Caſtillo integro tract. de vſufr. Donell. lib. 10. comment. capit. 16. 17. & 18. Anton. Fab. lib. 19. coniect. cap. 8.

43 Cur autem in prolixius tempus conceſſus non fuerit vſusfructus detectoribus, ratio ex eo pendet, quia illud ſufficiens viſum fuit, tùm ob communem vitæ hominis metam; tùm ne proprietas diù abſcedente vſufructu redderetur inutilis, l. 3. §. Ne tamen de vſufruct. l. Antiquitas 14. C. eod. l. ſciendum 70. de V. S. lex enim ſicuti ad imaginem naturæ; nil facit fruſtra, ita nec patitur quicquam manere fruſtra. Proſequitur ſubtilis Anton. Faber. in rationalibus, ad d. l. 3. §. Ne tamen. Propterea ciuitas licèt verè mori non poſsit, cùm non habeat veram perſonam, ſed fictam, quia nec

pe-

pedes habeat, nec manus, l.1.§.vlt. de acquir. poſſeſſ. & ſemper manere intelligatur, l. 76. D. de iudicijs, niſi aratrum patiatur, l. ſi vſusfruct. 21. quibus mod. vſufr. amitt. quomodo olim paſſa eſt Carthago à Romanis deuicta. Ilion, Thebæ, Corinthus, Numancia, Athenæ, & Sichen de qua Iudic. cap. 9. Quo ſpectat illud Micheæ. *Id circò propter vos Sion, quaſi ager arabitur*, & Horatianũ, lib. 1. Ode 16.

*—Imprimeretque muris.*

*—Hoſtile aratrum exercitus inſolens.*

Petrus Gregor. lib. 4. ſintagm. capit. 5. Parlad. quotid. cap. 21. numer. 4. & interpretes in l. 139. §. Vrbs, de verb. ſign. tamen ne inutilis reddatur proprietas fingitur mori anno centeſsimo, quòd eſt longiſsimum ſpacium ſeneſcẽdorum hominum, l. ſi vſusfructus 8. D. de vſu ex vſufructu, legat. ea ratione à Gaio excogitata: *Quia ſi quis municipes perpetuò tuetur, nulla vtilitas erit nudæ proprietatis.*

44 Sed antequam huic tractatui addam colophonem, nõ poſſum non commemorare, vel animi reficiendi cauſa, fortunatiſsimum cœleſte munus, ac publicam lætitiam, qua hæc Ciuitas Regalis perfuſſa eſt, quo eſt nunciatum die (non ſolum cãdido lapide, verum precioſa margarita ſignando, ob fœlicis nuntij gratiſsimum aduentum) eſſe peractum penè deſperatũ opus antiqui foraminis, ſiue aunoſi cuniculi, noſtri vocant *De nueſtra Señora de Belèn*, quo perforata ſaxea viſcera montiũ Guancabilicæ, per medias duriſsimas rupes, planum, ac rectũ ſtratum eſt iter plauſtrorum, ſiue carrucarũ non expers, quibus more Almadenico, è profundiſsimo mineræ ſinu, facillimo negotio extrahi, & baiulari poſsint hydrargyri metalla, iã humeris miſeræ Indianæ gẽtis eius foſſioni mancipatæ, & aſcriptitiæ leuigatis, & redemptis. Nam dicti foraminis ortus incipit à radice montis *De la Trinidad*, ac via vndique pluſquam trium vlnarũ latitudinis patet hiatu, ac porrigitur ſpatio 753. longitudinis, & deſinit in planitiem prædictæ fodinæ *noue, & S. Iacinti*. Iã in ſuper habitis, & ſpretis, veluti nõ neceſſarijs immanibus chryſtis, & ſupernis ſcopolis, necnon periculoſis ſcalis, & fere nutantibus pontibus, per quorũ prolixos gradus Indi metallarij quotidie vnica vice ægre deſcendebant, aderuenda metalla pluſquã tercẽtarũ orgiarũ progreſſu, cũ ſarcina metallica ad humeros, & lumine cereo, vel potius, ſeui candelis ad illuſtrandam vialem caliginem in zona capitali. Nam illi, vt elegãter Caſsiod. 9. var. 3. *Cameris ingenioſa præſumptione reuolutis talpinum animal imitantes intrant profunda, & ſubterranea, viuunt ſine ſupernis, fodiunt itinera, quæ nullis antea patuerant, & ſubterr's compendia aliena quærentes plerũque propria lucis gaudia derelinquũt; aliquando illis ruina via ſua, redditus exoſus, qui pedibus ſuis ſemitas operoſis manibus effecerunt.* E ſinus autẽ profundi feruẽti opere cõcurrẽtibus laboratorũ numeroſa multitudine agitato, tùm vel inuiti improuiſum, hinc inde excuſſum ebibebant lætha lẽ puluiſculũ, tùm exeuntes foris, & ſupernæ luci reſtituti, calefacti, & anxij *pœnali opere in maledictorum metallorum feralibus officinis*, vt ait Tertul. de habit. mulieb. lib. 11. rigida oſtij intemperie, affecti, & candicantium montium niui ac frigore tacti mortaliter rigebant, ſed bone Deus! hodie ex terminatis ærũnis, ac vltimo diſcrimine, nacta eſt res nouam faciem, & fortunã diſsimilem, & paruo Indorum laborantium numero quin-

quingentorum, ſcilicet anno præterito 1644. octo menſium ſpatio pluſquam octomille dupondiorum argenti viui *en caldo* fuerunt extracta. Cuius fœlicitatis, & fabricæ miraculoſæ (*Sileant miracula Memphis*, & crypta Neapolitana) debetur gloria Deo in primis Optimo Maximo, deinde ſancto Comiti Excellentiſſimo Montis Regij, qui Prorex Perubicus ann. 1604. inſpiratione motus diuina iuſsit aperiri prædictum cuniculum; veluti tot bona parturum in exitu: quanquam non minorem laudem, ſed emeritam tribuunt noſtro excellentiſsimo, ac prudentiſsimo D. Comite de Chinchon, prouide locanti hoc opus ad limitatum tempus, ſub certo precio in finem operis ſoluendo, quo addidit calcar artifici, & cōductori *Ioanni de Bielſa* nuncupato, qui tandem ad vmbilicos tantùm opus fœliciter perduxit.

45 Ex quo fortunatū ſucceſſu vſu, & operatione ferri roſarū nouiter inuectarū in hanc fodinam, Almadenis exemplo, iudicio, & induſtria multiſcij viri D. Cōſtantini, de Vaſconcelos, paucis Indis diſtributis in nupero contractu: nempè ſexcentis & viginti, immenſum, & penè incredibile argentum viuum tenētur extrahere nouiſsimi minerarij, cuius nomina hìc inſeri libuit. Don Lorenço de Vlloa y Cabrera. Don Antonio de Vlloa y Cabrera. Don Iuan de Aliaga Sotomayor. Doña Maria de Perales. Don Grabiel de Montalvo. Doña Iſabel Manrique. Don Antonio de Ledeſma Salazar. Don Chriſtoual de Torres Nauarra. Don Fernando de Villalva. Don Ioſeph Tamayo. Don Ioſeph Garcia de la Vega. Don Pedro de Auellaneda. Don Ignacio Caſtellanos. Antonio Mendez. Don Iuan Enriquez del Caſtillo. Don Aluaro Enriquez del Caſtillo. Don Iuan de Sayas. Andrès Sanchez. Nicolas Sanchez. Don Chriſtoual Orejon. Iuan Fernandez Talauera. Iuan Iorge de Talauera. Franciſco Gomez de Padilla. Amaro de Abreu y Ortiguera. Chriſtoual Muñoz. Franciſco de Arroyo. Pedro de Lumbier. Don Antonio de Aguilera. Lope de Saauedra. Don Rodrigo de Mendoça. Don Conſtantino de Vaſconcelos.

46 Faxit tamen Deus, ne ſpem fallat euentus, neu obligationē corrogandi annua ſeptē millia hydrargyri quintalia, iuxta recentē cōtractum ſors peſſundet ominoſa, nam ſicuti diuitiæ ſubterraneæ ſunt dona fortuita, vt ait Triphonin. in l. vltima D. locat. & Plutonis opes fluxæ, & fragiles, ac nutātis cōditionis. Vlpian. in l. æquiſsimum, §. 5. verſ. & ſi forte. D. de vſufruct. Sic Mercurius eſt numen fallax, fugax, falſum, infidum.

## CAP. XV. CASVS XII.

### De locatione fodinarum Regiæ Coronæ, vel earum venditionem, & auctio natu, aut retentione.

*Del arrēdamiento, y venta de las minas de la Corona Real, y de la conueniencia que en eſtos contratos, ò en labrar las por administraciō puede reſultar.*

1 INter caſus maioris adminiſtrationis, reponi debet quamuis oblitus ab omnibus, caſus præſens, nempè vtrum Regis plus interſit vendi, locari, aut in adminiſtrationem dari mineras Regias, quæ in quauis detectione ſuæ maieſtati adplicantur, in 60. vlnas in venis argenteis, & quinquaginta in aureis. Nam in Regijs ſchedulis, & præci-

pué

puè in quodam capite ad D. Franciſc. à Toleto Proregẽ, Regiæ epiſt. ann. 1573. hoc enuntiatur. *Pues que dezis que algunas minas, que eſtàn tomadas en nueſtro nombre en diferentes partes, entendeis no conuiene ſe labren por cuenta nueſtra, ſino que ſe vendan, ò arrienden, en que ſe ſacarà mas aprouechamiento, lo hareis aſsi, y ſe os embia para ello comiſsion nueſtra, y lo miſmo hareis de las minas de el açogue de Guamanga.* Et ſchedula eidem Proregi ſcripta Pard. die 17. Octobr. ann. 1575. ibi: *Os mandamos, que os informeis de las minas que eſtàn por nueſtras en eſſas Prouincias, y de la calidad, y bondad de cada vna de ellas, y las hagais beneficiar, arrendar, ò vender, ò como mejor os pareciere que conuiene al acrecentamiento de nueſtra hazienda.* Et licèt rationales huius arcæ Regalis, & alij (exceptis miniſtris arcæ Potoſinæ, Cuſquenſis, Pacenſis, & Oruro, qui fodinarum Regalium locationibus vtuntur) ſint in praxi, & conſuetudine vendendi eas liberè, & pro arbitrio, ſicuti quamlibet aliam rem vendibilem, iam diù illis fuit prohibitum, ne id faciant, inconſulto Domino Prorege in cap. 44. ordinationum. Quas dictus D. D. Franciſc. à Toledo condidit, deditque dictis rationalibus, ibi: *Auiſareis al Virrey, ò Gouernador en particular, para que os ordene lo que aueis de guardar, y cumplir, porque eſte negocio en particular me tiene ſu Mageſtad cometido à mi, como ſe contiene en las cedulas que os quedan aſſentalas en vueſtros libros, y por el libro general de ellas, que eſtà en mi poder, ſe verà la calidad que tienen, y ſi ſerà vtil el dicho arrendamiento.* Quo etiam ſpectat quoddam caput ordinationum conditarum à D. Principe Squillacenſi ad gubernium, & adminiſtrationem arcæ Potoxinæ, ibi: *Y las que no ſe labraren, las hareis traer en pregones, para que ſe arrienden à quien mas por ellas diere, de que me aueis de dar cuenta, para que yo, como à quien toca la adminiſtracion por mayor, vea ſi conuiene, ò no hazer los dichos remates: y en caſo que ſe ayan vendido algunas minas por orden de los ſeñores Virreyes mis anteceſſores, ſe aduertirà en la margen del aſiento de las tales minas, y en quanto ſe vendieron.*

2 Ex quibus duo notantur. Primùm prohibitam eſſe venditionẽ, & locationem rationalibus inconſulto D. Prorege. Secundùm: venditionem huius membri rei Dominicæ, interdictam nõ eſſe Proregibus, qui pro vt perpetuitas, & cõſtantia, ac diuitiæ fodinæ Regiæ reſponderint hunc, vel illum contractum inducent, fiſci cauſam agẽtes. Nam in quibuſdam prouincijs venæ metallicæ vt vt in propatula ſuperficie, & prima humiditate, diuitis appareat, ex temporalis ſunt lucri, & facilè vaneſcunt, & hæ vbi experimento temperiei, & ſitus agnoſcuntur, non multum curandum de eis non alienãdis, & retinendis in patrimonio, & fonte Regio, ſed ſtatim ſubhaſtari, & venundari debent ad inſtar rerum corruptibilium, text. in l. Lex quæ tutores 22. C. de adminiſtr. tut. latè Menoch. de arbitr. caſu 171. Gutierrez de tutel. part. 2. capit. 5. Petrus Gregor. ſintagm. 2. num. 54. & ſeqq. Donell. libr. 3. comment. capit. 12. Id enim prudentis adminiſtatoris, ac cauti eſt, nec deerit exemplum fiſci arctiori caſu, vbi ſpecies fiſcales corruptæ erogantur, in l. 1. C. de condit. in publicis horreis, lib. 10. ibi: *Et ſi fortè vetuſtate ſpecies ita corrupta eſt, vt per ſemet erogari ſine querela non poſsit, eidem ex noua portione miſceatur.* De cuius legis iuſtitia, & ſimul de inquietudine, quã induxit ſua publicatione in vrbe, vbi publicata fuit, agit Galganet. de iure publ.

lib.

lib.4.tit.13.numer.10. At vbi fodina perpetuam, ac continuam cauſam opulentiæ habere creditur, delibari, aut diſcerni nó debet à Regio patrimonio, per contractum emptionis, & venditionis, ſed retineri, & locari ſub haſta, argum.l.3.§.vlt.de reb.cor. Anton. Faber. in iuriſpr. lib. 1. tit. 12. part.7. illat. 57. ibi: *Si metalla pupillus habeat ſtipteriæ, & aluminis, vel cuiuſuis alterius materiæ, vel ſi creti fodinas, vel argenti fodinas, quia ex his fructum habere poſsit, &c.* Pecunia enim eſt lubrica res, & labilis, & ſemel abſumpta, ingratitudinem, & pœnitentiam parit; & vt ait Imper. in d.l.22. *Licèt in ea robur omne patrimoniorum veteres poſuerint, fœnerandi vſus vix diuturnus, vix continuus, & ſtabilis eſt, quo ſubſecuto intercidente ſæpè pecunia ad nihilum patrimonia deducuntur.* Hinc prouerbium: *Pecuniam ſine peculio fragilem eſſe*, de quo Eraſm. Chil.4. Centur.6. Adag.2. Reuard. libr.5. variar. cap. 17. & libr. 3. conicct. capit.6. quæ ipſa numeratione conſumitur, l. Innumerationibus 44. D. de ſolut. §. Nunc admonendi, inſt. quibus alienare licèt, & mixtione inſeparabili amittitur, l. ſi alieni 78. De ſolut. iuxta interpretationem Iacobi Cuiac. lib. 13. obſeru. cap.28. Et cùm non ſit *vt pecus pecunia*, ſed ſua natura ſterilis, ne otioſa iaceat, reponenda eſt in immobilibus, & prædij ea comparatis, vt ait Plin. ſecundus, conſulens Trajanum lib. 10. epiſt. 56. vt ex fructibus, vel metallis, annui prouentus, vel canones reſultent Regiæ coronæ, quæ ratio cogit tutores pecuniam pupillarem in emptionẽ prædiorum expendere, vel mercatori tradere ad partem honeſti, & liciti lucri recipiendam. Couarr. 3. variar. reſol.2. numer.1. Eſcobar. de ratioc. capit.14. ex d. Nouell.72. cap.6. & 7. l. ob fœnus 49. de adminiſtrat. tutor. l.28. de rei vendic. l.22. §. nec verò, C. de adminiſtr. tutor. Aſchaff. in conſ. pro ærar. claſſ.20. ordin. 1548. Facit 3. Reg.21. vbi Naboth vineam Achab vendere noluit. Bornit. libr.2. de ærario. Quare licita eſt prohibitio alienationis immobilium, l.114.§. Diui, l.2. De legatis 1.l.69. §. 3. de leg. 2.l.88. §.15. D. eod.l.38.§.3. de leg.3.l. fin. C. de rebus alienis non alien. tit. C. de vſur. pupill. Tiraquell. de retr. §.2. Gloſſ. 6. numer.3. Borrel. conſ. 41. numer. 2. Socin. conſ.2. part. 1. larè, & eleganter Anton. Faber. in iuriſpr. lib. 1. tit. 12. part. 7. illat. 84.

## CAP.XVI. CASVS XIII.

### De diſtributione Indorum mercenariorum ſpectante ad D. Proregem ad operationem, & laborem metallicum.

1 PVblica neceſsitas eruendi metalla auri, & argenti ſolidi, & viui in Peruanis Prouincijs, vt Regijs neceſsitatibus ſubueniatur, & fide Catholica defenſetur, ac vniuerſalis Rom. Eccleſia tueatur contra ordinarios inimicos, inuita ingenuitate Indorum extorſit, vt vel obtorto collo cogi poſsint ad elaborandum per vices, id eſt *Mitas*, ad rationem ſeptimæ partis in dictis mineris diſtributę minerarijs, iuxta qualitatem, facultates, induſtriam, & cuiuſuis, artem ſiquidem cætera

*De la facultad q̃ toca al ſeñor Virrey de repartir Indios para labrar, y beneficiar las minas*

gens,

gens, huic miniſterio apta viſa non fuerit. Nam Hiſpani, aut alij albi homines, quamtumuis ignobiles, non niſi imperandi officium exercent in illa regione; ſerui autem Æthiopes intemperiem, & rigorẽ frigoris minerarum argentinarum ſubſtinere non poſſunt; delinquentium autem (per quos loco pœnæ omni æuo expediebatur huiuſmodi ſeruitium) nõ eſt copia: ſolum autem Indi, induſtrij, duri, & aſſueti, ac verſati a tempore ſuæ infidelitatis, in labore metallico diſtribuuntur ſub certa mercede diaria, & alijs cautionibus in eorũ fauorẽ, & leuamen, piè & prudenter decretis à ſummo Indiarum Senatu, & Peruanis Proregibus, ſed nuſpiam benè obſeruatis, de quo articulo, quia ſatis abunde ad clean tis lucernam ſcripſit D. D. Ioann. de Solorzan. in libr. 1. de Indiarum gubernatione à cap. 14. omnino videndus, ne videar crambem recoquere, vel contrahere parenchiriſim; eius ſcripta, nec tranſcribo, nec meũ iudicium expono, referam tamen ordines, quæ datæ ſunt ad diſtributiodines, quæ datæ ſunt ad diſtributionem Indorum, competentem non alij, quàm Gubernatori, ac adminiſtratori generali Regij patrimonij. Et in primis ſe offert caput inſtructionis regi dominicæ ad D. Franciſcum à Toleto tranſmiſſæ.

2 *Preſupueſto que en la labor de las minas en el Perù, no puede auer ſeruicio de Eſpañoles, pues es cierto que los que allà eſtàn, no ſe aplicaràn a eſto, y ſe dize, que de los eſclauos no ſe pueden ſeruir en la dicha labor, por la calidad, y frialdad de la tierra: y aſsi es forçoſo, que ſe ocupen en eſto los Indios. Los quales como quiera que eſtè ordenado, q̃ no ſe les haga fuerça, ni compulſion, deben ſer por todos los medios juſtos, y razonables atraìdos, para que en las dichas minas aya continuo el numero neceſſario à la labor de ellas, y para eſte efecto parece ſe debe procurar cõ gran cuidado que en los ſitios, y eſtancias mas cercanas à las minas aya, y ſe hagã grueſſas poblaciones de Indios, donde con mas facilidad, y comodidad, y aun con mas ſeguridad de ſu ſalud, eſcuſando la mudança de tierras, y climas podràn los dichos Indios entender en la labor.* Deinceps alio cap. eiuſdem inſtructionis illud prouidetur. *Los Indios que anduvieren en las dichas minas, es nueſtra voluntad, que ſean muy bien tratados, y no ſe dè lugar que trabajen mas tiempo de el que eſtà ordenado, y ſeñalado, y teniendo fin à lo que toca a ſu ſalud, conuiene no ſean detenidos contra ſu voluntad, acabado el tiempo en que han concertado de ſeruir, y que ſe cumpla con ellos muy bien en los jornales, y aſsientos, y contratos que ſe hizieren, y que ſe procure ſean crecidos, y auentajados para los acodiciar, pues el intereſſe ſerà el principal medio para atraerlos, y que ſean proueìdos en lo que toca a ſus mantenimientos ſuficientemente, y que el tratamiento, y regalo, y entretenimiento de los que trabajaren en las dichas minas ſea de manera, que todos tengan entendido que los Indios que ſe ocupan en eſte miniſterio, en interès, y en todo ſon auentajados a los demàs, y aun ſe debe mirar ſi ſe les podria conceder algunas preeminencias, para los que huvieren ſeruido algun tiempo.*

3 Virtute huius ordinis inuitantis Indos, non verũ cogentis Dominus D. Franciſcus à Toledo, omnem lapidem mouit in eis attrahendis, & adcommodandis labori metallico, ſed cùm homines liberè nati ægreferant operarũ ſeruilium exhibitionem, vt fusè tractat Stephanus Gracian. diſcept. forenſ. c. 185. cũ multis iuribus per eũ videdis, renuerũt Indi ſe obſtringere huic labori, ſuſpicati, & veriti ex initio voluntatis medium, & fine neceſsitatis otiri, iuxta vulgatũ dicterium. Quare ſumma neceſsitate, & vtilitate communi

co-

cogente, quæ multa contra leges inducere ſolet. l. Ita vulneratus 51. ad l. Achiliam. *Cùm ſit ineuitabile telum, eiuſque morſus grauiſsimi.* Eremberg. cap. 8. de Regn. ſubſid. & onere ſubdit. num. 8. propè finem. Conſultus ſupremus Senatus à dicto D. Prorege, & perſuaſus vrgentibus rationibus, aliter fodinas Peruanas excauari non poſſe, quàm per impreſsionē, & compulſionem Indorum; temperatam tamen prouidis cautionibus, diſtributionem eorum decreuit, vt videre eſt ex hoc cap. Regiæ epiſt. ad D. Frāc. à Toleto, datæ die 17. Octob. ann. 1575.

4 *Para la claridad que pedìs ſe haga delo que aueis proueìdo en la ocupacion de los Indios en las minas, por ſer cōtra lo que por Nos eſtaua mandado, y à que ſe os reſpondiò, lo auiades proueìdo bien, ſe ha hecho por la cedula que os mando embiar con eſta, que es en conformidad de lo q̄ tenemos proueìdo para la Nueua-Eſpaña, y otras partes de las nueſtras Indias; hareis que ſe guarde, como coſa que ha parecido acà ſer juſtificada, y de que no ſe ſeguirà daño a los Indios: Y ſi otra coſa tuuieredes entendido al contrario, nos dareis auiſo, para que ſe prouea.* Hinc effluit deſtributio 13U500. Indorum à D. Prorege prædicto ad laborem mineræ Potoſinæ ad. 150. leucarum diſtantiam. Poſteà ſubſecuta fuit alia epiſtola ad D. Comitem del Villar, 10. Ianuarij, ann. 1589. vbi hæc notabilia verba in propoſito. *En muchas de las cartas que me aueis eſcrito, y particularmente en la de ocho de Mayo de eſte año, referis las muchas minas que cada dia ſe van deſcubriēdo en eſſas Prouincias y la gran ſuma de plata que de ellas ſe ſacarà, ſi ſe pudieran dar Indios para ſu labor, y que por ſer naturalmente inclinados à vicios, ocioſidad, y borracheras, cuyo remedio conſiſte en ocupallos: fuera bien repartirlos por las minas. E porque auiendoſe platicado ſobre eſto ha parecido, que ſin embargo de lo proueìdo por cedulas antiguas, cerca de que no fueſſen compelidos à eſte trabajo contra ſu voluntad, ſe les podria mandar, que vayan à ellas, lo hareis de aquì adelante, no mudando temple de que ſe les ſiga daño en la ſalud, teniendo doctrina, y juſticia, que los ampare, è comida con que ſe ſuſtenten, è buena paga de ſus jornales, y hoſpital donde ſe curen, &c.*

5 Et quoad excauationem minerarum argenti viui, & diſtributionem Indorum in cap. 3. epiſt. 19. Septembris, ann. 1588. priùs Domino Proregi D. Garciæ de Mendoça illud fuit ſcriptum. *Para que ſe pueda cumplir con la prouiſion del dicho açogue, dareis orden en que ſe repartan los Indios neceſſarios para la labor de las minas, y en que eſtos ſean de los lugares, y partes mas cercanas a ellas, y no tierras deſoiadas, ni de diferente temple que pueda dañar a ſu ſalud: y ſobre todo aueis de proueer, y procurar que con muy particular cuidado ſe mire mucho por ſu buen tratamiento, y conſeruacion, y que no ſe detengan en aquel trabajo mas tiempo del porque huuieren ſido repartidos, y que eſte no ſea en el que han de labrar ſus heredades. Y que aſsimiſmo ſe mire mucho por los enfermos, para que ſean curados, y regalados.* Deinceps in prima ſchedula, ann. 601. circa ſeruitium perſonale Indorum prouiſa, in cap. 13. enuntiatum fuit illud Domino Proregi D. Ludouico a Velaſco. *La conſeruacion de eſſas Prouincias, y de los miſmos Indios, y la de eſtos Reynos depende, como ſabeis, en el eſtado preſente, principalmente de la labor, y beneficio de las minas de oro, plata, y açogue. Lo qual eſtoy informado, q̄ en ninguna manera ſe puede hazer, ſin la induſtria, y trabajo de los Indios y q̄ por eſto, y por eſtar habituados, y acoſtūbrados a ello, en ningū caſo ſe pueda eſcuſar a eſto: mas deſeo mu-*

cho,

*cho, y conuiene q̃ ſean releuados en quanto fuere poſsible, y ſiendolo, no aya repartimientos de ellos, como haſta aora los ha auido, y que los mineros ſe proucan de negros en la cantidad que pudieren, y huuieren meneſter, y alquilen los Indios que de ſu voluntad quiſieren trabajar en eſte beneficio de minas por ſus jornales, como ſe concertarẽ, ò taſſaren por vos, obligandolos, y compeliendolos a que trabajen, y ſe alquilen, y no eſtèn ocioſos: y que para eſte efeto ſe junten, y lleuen a las plaças, y partes que ſe ſeñalaren.* Idẽ enixius repetitum fuit in ſecũda ſchedula ſeruitij perſonalis ann. 1609. ad D. Proregem Marquionem de Monteſclaros, cap. 1. ibi: *Primeramente ordeno, y mando, q̃ ſe hagan los repartimiẽtos de Indios neceſſarios para labrar los campos, criar los ganados, beneficiar las minas de oro, plata, y eſmeraldas, pues de ſu labor reſulta la comun vtilidad de eſſe Reyno.*

6 Et in cap. 5. iterum cauetur. *Y porque no ſe ofrece traça mas conueniente al deſcanſo, y aliuio de los Indios, que hazer poblaciones dellos cerca de los aſsiẽtos de minas de oro, plata, y eſmeraldas, para q̃ deſta ſuerte ſe les haga mas ligero el peſo de los repartimientos, y ſe eſcuſe el traerlos de fuera: os encargo, que procureis poblar los Indios neceſſarios en las comarcas de los aſientos de minas, para cuyo efecto os podreis aprouechar de los Indios q̃ voluntariamente ſe quiſieren poblar en eſtas vezindades, ora ſean otros, ò de aquellos que al preſente acudieren en los aſsientos de las dichas minas, de los quales hareis ſacar vna liſta: y en caſo que no quieran, ò no baſten, eſcogereis los que fueren meneſter para eſte efecto, y entretanto continuareis los repartimientos en la conueniente cantidad, con aduertencia de que ſe vayan ſiempre rebaxãdo, al paſſo que fueren creciendo, las dichas poblaciones.*

7 Incurrit nec non alia inſignis ſchedula ad D. Marquionem Guadalcazaris, die 13. Decembr. 1620. vbi inter alia arbitria augendi Regiam gazam, illud commendatur.

8 *Procureis que el beneficio de las minas, que es lo principal, ſe proſiga, y adelante, aplicando para ello todos medios mas eficaces, que el ingenio puede hallar, y deſcubrir, aſsi en proueer de Indios, como eſto ſea ſin ſu ſujecion, y moleſtia, bien tratados, y pagados, que ſobre eſto os encargo la conciencia, deſcargando la mia.*

9 Tandem moderante habenas huius Regni prudentiſsimo Prorege Domino Comite de Chinchon, qui adactus in ſcopulos anguſtiæ argenti viui, & ſcrupulos introducendi nouas Indorum Prouincias in cunabilis ſui gubernij, inueniens ab anteceſſore ſuo relicta dũtaxat quatuor mille cẽtũ põdia huius metalli *en caldo* (vt noſtri aiunt) nullaque ſperãs proximè ab Hiſpania emittẽda, petitis hinc inde conſilijs à doctis, & ſtrenuis viris ſciẽtia, doctrina, experientia, & religione, conſuluit Supremum Indiarum Cõſilium, veritus forſan, quod ſcriptum reliquit D. Princeps Schillacenſis in ſua relatione num. 25. circa nouæ Prouinciæ aſsignationẽ, ibi: *Boluiendo, pues, à la labor de las minas, digo, que es inmenſo el trabajo que los Indios padecen, y aſsi ha moſtrado la experiẽcia, que ſe van acabando muy apriſa los repartimientos que enteran eſta mita, y pienſo, que antes de muchos años ha de obligar ſu falta à alguna nueua reſolucion. Y ſupueſto que la ocupacion de eſta labor la equiparò el derecho antiguo à la pena capital, holgaria mucho, que no llegaſſe eſta ocaſion en tiempo del gouierno de V. Excelencia, porque con obligar Indios nueuos à eſte peligro, no ſe funda buena, ni aun ſegura Capellania para el alma de quien lo haze por ſolo ſu parecer, auiendo ſuperior, que con acuer lo de muchos tan prudentes, y grandes Letrados proueerà lo que conuenga.*

Iuncta retractatione, quam ſui conſilij dati D. Frãciſco à Toleto in vltimis elogijs expreſsit Archiepiſcop. D. Hieron. à Loaiſa, quã refert ad litteram D. Ioan. de Solorz. lib. 1. cap. 15. num. 89. & quam emiſsit P. Agia poſt quã perſonaliter luſtrauit fodinam Guancabilicenſem, cuius etiam memini. num. 96.

Sed dictus Supremus Senatus retinentiſsimus prædictorum ordinũ, & omnia trutinans iuſta, & aſſueta prudẽtia, & in mẽte habens quæ expẽdit Agia in ſchedula ſeruitij perſonalis, ann. 1601. fol. 63. vbi decem fundamenta congerit, item quæ D. Ioan. de Solorz. d. lib. 1. cap. 13. pluribus, & ſolidioribus rationibus pro affirmatiua conducit, diſtributiones Indorum continuari præcepit, illa prudentiſsima ſchedula data die 18. Februarij ann. 1631.

10 EL REY. *Conde de Chinchon, pariente, de mis Conſejos de Eſtado, y Guerra, Gentilhombre de mi Camara, mi Virrey, Gouernador, y Capitan General de las Prouincias del Perù. He viſto lo que en diuerſas cartas me aueis eſcrito acerca de la falta de açogue, con que os hallauades para el beneficio de las minas de plata de eſſas Prouincias, y dificultades que ſe os ofrecian en poderlo ſacar de las minas de Guancabelica, por los pareceres encõtrados que hallauades para determinaros à repartir Indios para ellas, por lo qual pedis, que de acà ſe os embie reſuelta, y diſtintamente la orden que dello huuieredes de executar, con claridad, y preciſion, porque vos no os atreuiades à tomar ſobre vueſtra conciencia el arbitrar en ello, ni os reſolueriades à cõtinuar lo paſſado, por lo mal acreditado que eſtaua eſte negocio: como quiera, que conformariades vueſtro dictamen en continuar el aſsiento por tiẽpo de tres años, ſin repartir nueuas Prouincias, eſtrechando à la ſeptima parte de los Indios que han quedado efectiuos, lo que hallaſteis, que vueſtro anteceſſor auia eſtendido à la nouena, reſpeto del açogue que tenia ſobrado. Y ſobre todo pedis, que de eſtos Reynos ſe os ſocorra con alguna cantidad de açogue para acudir à neceſsidad tan vrgente. Y por ſer eſta materia de la calidad, y grauedad que es, ſe tratò, y confiriò ſobre ella por los del mi Conſejo de las Indias, con la atencion, y cuidado à que obligaua: y auiendoſe diſcurrido largamente ſobre el caſo, y viſto todo lo que cerca de ello me aueis eſcrito, y papeles que embiaſteis, y otros que acà auia, y de nueuo ſe eſcriuieron con eſta ocaſion, ſe me conſultò, y diò cuenta de todo: y yo con el deſeo que he tenido de tomar en ello vna acertada reſolucion, de tal manera, que à vn miſmo tiempo ſe aſſegure mi conciencia, y acuda al remedio de tan grande falta, tome aſsimiſmo diuerſos pareceres de otras perſonas de letras, ciencia, y experiencia, que deſapaſsionadamente me dixeron lo que en conciencia acerca dello ſentian, y conforme à lo que ſe me conſultò por los del dicho mi Conſejo, y pareceres que ſe me dieron, he tenido por bien de reſoluer en ello lo ſiguiente.*

*Prin-*

*Principalmente, que eſtos repartimientos de Indios para el ſeruicio de las dichas minas de Guancabilica ſe continuen de aqui adelante, como os mando que lo hagais, ſin embargo de todo lo que acerca dello dezis: y ſi conforme à la oportunidad del tiempo, y accidentes que ſobreuinieren, os pareciere neceſſario, y preciſo crecer los dichos repartimientos en otras Prouincias circunuezinas, lo hareis, pues ſiendo como es juſtificado el continuar los que oy eſtàn hechos, tambien ſerà conueniente repartir el trabajo en mayor numero de Prouincias, con que ſerà menor la carga para los Indios.*

11 Sed nihilominus dictus D. Prorex operata ſolemni diſtributione Indorum Guancabilicenſiũ, & coãguſtata ob vaſtationem Prouinciarum veterum ad numerum ſufficiẽtem Indorum, non eſt auſus nouas grauare, nec viſum fuit facilè id effici poſſe, tùm ob earũ longinquitatem, tùm ob diuerſum, & planè oppoſitum quarundã temperamentũ, denique ob præciſam, & non minus neceſſariam Reipublicæ occupationem in alijs ſeruitijs perſonalibus, veluti cultura agrorũ, paſtu pecudũ, textrinis, veredarijs, & curſoribus epiſtolicis, à quibus tolli nõ poſſunt Indi adijciẽdi labori metallico niſi magna publicæ rei contracta pernicie. Suppoſito, quòd in pari cauſa melior eſt ſemper cõditio occupantis, vel poſsidentis, l. in pari. 131. D. de reg. iur. l. 3. & 4. C. de condictio. obtur. cauſ. Couar. in reg. peccatũ, part. 2. §. 2. num. 1. c. 2. ſi à ſede de præbend. in 6. Menoch. de arbitr. caſu 48. num. 10. Rebuff. tract. de pacificis Poſſeſſoribus num. 297. Iaſ. conſ. 192. num. 2. Ruin. conſ. 19. n. 9. lib. 1. Natta conſ. 351. lib 2 Gregor. Lopez in l. 7 tit. 14. part. 6. gloſſ. 1. in principio. Et vt ait Leo Imperat. in l. 13. C. de re militar. lib. 12. *Vtilitatibus publicis occupati, agrorum cultui, & cuſtodiæ animalium, vel mercimoniorum quæſtui adſcribi non debent.* Quo ſpectat adagium. *nõ debet diſcoperiri vnum altare, vt aliud operiatur.* Bertrand. conſ. 377. viſo proceſſu num. 26. lib. 6. Raud. reſponſ. 50. num. 280. vol. 1.

12 Vbi autem temporum calamitas, publica neceſsitas, & Indorum infœlicitas, eo rem perducat, vt neceſſe ſit nouas adijcere Prouincias, expẽdenda erunt dubia excogitata, & ſcripta à D. Comite de Chinchon, circa executionem dictæ ſchedulæ, quæ mecũ habeo, quæque tanti ponderis fuere, vt nec ipſe conueniens iudicauerit in tota ſui gubernij annorũ decade, extenſionẽ iſtã facere, nec eius ſucceſſor D. Marchio de Mancera auſus fuerit eam aggredi, immo nec nouam conductionẽ cum minerarijs contrahere, contentus repetitis prorogationibus antiqui præcedentis contractus, vſque ad annum 1645. quo illum celebrauit fœlici (quod aiunt) alea.

Adeò autẽ D. Proregi competit hæc diſtributio, vt in diſtribuendo, ſeu adaugendo, vel vno Indo ſit denegata poteſtas cæteris dignitatibus, ſeu officialibus, vt præcipitur in prouiſione D. D. Franciſci à Toleto data Potoſiæ, die 12. Februarij anno 1575. ibi: *Di la preſente, por la qual mando, que el Corregidor, ni otra ninguna juſticia, ni perſona de qualquier eſtado, y condicion que ſea, no pueda añadir, ni pedir mas Indios para el beneficio de las dichas minas.*

# CAP. XVII.

## CASVS XIV.

De locatione molarum metalli, ac fodinarum debitorum Fiſcalium ineunda per Regios officiales quoad ex redditibus, vel fructibus fiat ſatis Ærario.

*De los arrēdamiētos de minas, y ingenios, por deudas de açogue, que ſe deuan à la Real hazieda, haſta que las ſatisfagan ſus dueños.*

1 Sequitur alius caſus non minoris momenti, quàm ſuperiores, cui dare locum ſolent minerarij ob debita contracta, nec ſoluta arcæ regali ex cauſa argenti viui eis diuenditi fide de pretio, vt plerumque vſitatum eſt ab officialibus Regis. Ex quo accidit, vt grauati ære alieno, & quotannis multiplicato eodem debito, tractu ſucceſsiuo, non ſolum impediri inueniantur iſti debitores vt plurimum, ſed impoſsibilitate quadam ſoluendi in poſterum diſtricti neceſſe habeant cōfugere ad ſequeſtrum, ſeu locationem molendinorum, & minerarum faciendam ſubhaſta à dictis rationalibus maiori licitatori, ſeu magis idoneo, vt penſio ab eo ſoluenda conuertatur in debiti diminutionem, iuxta ordinationes Rexias, ne perueniatur ad ſummum rigorem vendendi prædicta bona, & eis in perpetuum dominio priuandi, pro viliori forſitan pretio, quam pro quo ſunt comparata, quòd licet eſſet ſecundùm præſcriptum, & ſolemnem iuris ordinem, de quo in l. à Diuo Pio 15. §. In venditione, cum §§. ſequentibus, de re iudicat. l. 3. C. execut. rei iudicat. l. 1. & 3. C. ſi in cauſa iudic. pignus capt. ſit, l. 6. tit. 27. part. 3. Parlador. quotidianar. 5. part. §. 12. Paz 1. tom. 4. part. capit. 3. Gutierrez in l. nemo poteſt ex num. 391. & lib. 1. practicar. cap. 118. Azeued. in l. 3. tit. 17. & in l. 4. ex n. 2. tit. 21. lib. 4 Recopilat. Rebuff. de litter. obligator. artic. 1. gloſſ. 10. Oſuald. in Donel. lib. 27. commentar. capit. 3. vbi plures citat. Præcipuè attentis iuribus, quæ regulariter prohibent ſequeſtrum. Azeued. l. 1. num. 1. titulo 12. lib. 4. Recopilat. Paz de tenuta cap. 11. num. 1. Valaſcus conſultatione 191. numero. 35. Valençuela conſilio 43. numero 168. Auguſtin. Barboſa, qui plures refert in collect. ad l. vnicam, C. de prohibition. ſequeſtr. pecun. Tamen Rex noſter verus æquitatis amator plusquam Prætor, l. quod ſi Epheſi. D. de eo quod cert. loc. acerbitatem iſtam remittens, pro indulgentia minerariorum, ne dum contentus fuit indulgere illis, vt eorum inmobilia, molendinaria, & mineræ vendi, ſeu diſtrahi non poſſent, vt liquet ex Auguſta ſchedula Imperatoris Caroli Quinti, Matriti die 19. Iulij anno 1540. quam refert ad litteram Doctor D. Sebaſtianus de Sandoual, Senator Panamenſis, in allegatione pro minerarijs Potoxinis, fundamento 6. fol. 180. ſed ne diutius exularentur à poſſeſsione bonorum, quæ ſibi maximis cum impendijs, & laboribus pararunt, in quibus maiorum imagines, aut non videre fixas, aut reuulſas videre ſatis eſt legubre, l. 22. C. de adminiſtratione tutorum, medium elegit conſu-

ſulendi æqua lance ſibi, & debitoribus, inducta hac locatione iudiciali, & neceſſaria ineunda per ſuos officiales, vt in modũ retẽti pignoris ex conſtitutis reditibus, aut fructibus perceptis creditori ſatisfiat, cõputatis in ſortẽ, & tandẽ exactione per acta bona eis reſtituãtur, l.1. C. de diſtract. pig. l.2. C. de pign. act. c. cũ cõtra de pignor. Calder. conſ.4. tit. de vſur. Et hæc eſt quædã *anthicreſis*, cuius loco antiquiores ridicule legerunt *antiphonã* in l. ſi pecuniã de pig. act. l. ſi is qui bona 11. §.1. de pign. Alciat. diſpunct. lib.2. cap.3. Balduin. de pigonr. Bald. in d. l. ſi is qui, §.1. Carac. de locato p.1. q.4. fol.49. l. à Diuo Pio 15. §. Si pignora de re iudic. vbi Accurſ. quadruplicis remedij, quo iure ſecurri creditori ait, hoc vnũ illudque prius eſſe refert, vt ex pignorũ retẽtorũ fructibus ſibi ſoluat, ex l. 1. C. ſi in cauſ. iud. pignus captũ ſit renuente, licet Ant. Fabro de error. pragm. Decad. 56. err. 1.2. & ſeqq. Alciat. 6. Paradox. 3. Duaren. ad d. l. 15. §. ſi pignora. Sed eos redarguit ratio Imperatoris, ibi: *Nã in vicem iuſtæ obligationis ſuccedit ex cauſa contractus authoritas iubentis.* Quaſi idem operentur in propoſito factum partis, ſeu conuentio, ac factũ iudicis, vt communiter proloqui ſolet, vt ex vtriuſque facti præuẽtione, & cautio creditoris, & leuamẽ debitoris oriatur, l.1. & 2. C. de pignorat. act. l. fin. C. de partu pignor. & omni cauſa, Donell. lib.9. comm. c.20.

2 Quibus adiũgenda eſt deciſio text. in l. creditor. 23. D. de pignor. vbi creditor prædia ſibi obligata ex cauſa pignoris locare rectè poteſt, vt ex pẽſionibus debitum diminuat, Neguſant. 1. memb 3. par. num.3.

3 Conducunt tradita in c. dilectus de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct. l.1. tit. 9. p.3. Caroc. in tractat. de ſequeſtr. n.8. ſpecul. de ſequeſtr. n.6. Lancel. de attentat. p.2. c.12. limit.12. n.11. Barboſ. vbi ſupra nu. 11. circa ſequeſtrationem faciendam etiam inmobilium, vbi ob dilapidationem, & abuſum debitoris, notoriè conſtat pauperẽ reddi, nec ſoluere poſſe ſuo creditori. Quo etiam caſu non denegãtur alimẽta debitori. Lara in l. ſi quis à liberis, §. Si vel parens n.62. de lib. agnoſc. Couar. pract. c.6. nu.6. Surd. de alim. tit.1. q.123. & q.129. Caſtillo quotid. lib.3. c.27. num.34. Atque ita dictis minerarijs debitoribus ſexta pars redituum molæ, & fodinæ reſeruatur in cauſam alimoniæ, cæteræ autem partes deſeruiunt, & applicãtur ſolutioni debitæ quantitatis, & inſtructioni, & prouiſioni rerũ, quibus neceſſariò inſtruitur, ac indiget illa machina molendinaria.

4 Sed vt iã diximus ne in iuris Regij, & rei dominicæ recuperatione erretur, & abſq; iuſſu D. Proregis illã adminiſtrãtis procedatur ad hoc, vel illud remediũ, præſens caſus ad eum ſpectat. Sic ſignãter expreſſum eſt Regia epiſtola ad D. Marchionem de Monteſclaros die 22. Nouemb. ann.1609. ibi: *Haſe entendido lo que ſatisfazeis acerca de la relacion q̃ ſe os pidio ſobre los inconuenientes que ſe auian entẽdido reſultauã de arrẽdarſe los ingenios de moler metales, y q̃ por eſtar a los mineros mejor tener arrendadas ſus haziendas, procurã cauſar mayores deudas à mi Real hazienda, y procurã q̃ mis Oficiales Reales ſe las tomẽ por las deudas, y ſe arriendẽ; y q̃ ſiẽdo algunas vezes fuerça tomar eſte medio para cobrar mi Real haziẽda, ordenaſtes à los dichos Oficiales Reales, q̃ primero de hazer eſtos embargos, y arrẽdamientos, lo comunicaſſen cõ el Preſidẽte de la Audiẽcia de las Charcas, y no lo pudieſſẽ hazer de otra manera, declarãdo eſto por materia de gouierno. Y ha parecido, q̃ eſta materia puede tener dos partes, q̃ la primera es examinar, ſi auiẽdo llegado el plaço enq̃ mi haziẽda aya de cobrar alguna deſtas deudas, cõuiene, ò tiene incõueniẽte, q̃ ſe execute en los ingenios de los mineros, y eſte*

*pũto pertenece al gouierno, y adminiſtracion de la hazienda; y aſsi parece bien lo que aueis ordenado, remitiendo a la comunicacion del Preſidente los Oficios Reales, para que con acuerdo ſuyo reſuelua en cada caſo de eſtos lo que mas conuenga, quedando todo con la dependencia q̃ ſiempre tienen eſtas materias del Virrey.*

5 Quamquam ſi verum dicere liceat, nec præfatum medium locationis aptum, ſeu iuſtum viſum eſt, immo ſæpeſæpius ſiniſtrum, & ſcrupuloſum, nam vt ratiocinabatur D. Marchio de Guadalcazar, proponẽs in Senatu iſtam materiã die 18. Auguſti ann. 1628. circa remedium hærens, & omnia tentans *El arrẽdarlos era eſcrupuloſo, porque ſe venia à hazer el arrendamiento de los miſmos Indios, cuya cantidad ſe traia en pregones, porque lo demas no era ſino vnos palos, y los que los arrendaban eran tambien açogueros y deudores, y conſumirian la cantidad del arrendamiẽto, ò la mayor parte de ella en alimentos de los dueños, y reparos, y obras de los miſmos ingenios, y deſpues ſe auian de venir à componer para la paga, como ſi fueſſen los deudores principales, cõ los quales era mas propio el hazerle, ſi ſe auia de venir a lo referido: y muchos de ellos ſe holgarian ſe arrendaſſen, porque ſin trabajo, ni aſsiſtencia ſuya gozarian de ſus alimentos: y los q̃ los arrendaſſen, no ocuparian en ellos los Indios, ſino los ſacarian en plata para ſus gaſtos ordinarios, y coſtear ſus ingenios propios, que era el mayor daño para todo.* Sed cùm minus malum, comparatũ ad maius, habeat rationẽ boni, cap. inrauit 22. quæſt. 4. cap. duo mala 13. diſtinct. Camill. Borrel. de magiſtrat. edict. lib. 2. cap. 20. num. 104. elegans locus in l. ſi patre cogente 22. de ritu nupt. ibi: *Maluiſſe hoc videtur*, ad huiuſmodi locationes, ſiue pignora cõfugitum eſt veluti, ad minus malum, illudque neceſſarium, & ineuitabile pro cauſa fiſcali tuenda: ſimile apud Caſsiodor. 5. variar. cap. 8. omnino videndus. Cur autẽ debitores minerarij Pontoxini montis *leui ſuſpenſoque brachio* tangendi ſint, nõ autẽ *rigida maieſtate manus*, plures rationes antiſtãt, ſed præcipua eſt, quia hi vaſſalli vtiles, & neceſſarij publicæ rei, & ærario, pluſquã alij fauendi ſunt, ſic Caſsiodorus de Romanis locutus 11. variar. 5 ibi: *Ciues ſiquidem omnes fouendi ſunt, ſed Romani aliquid plus merentur.* Nã præter id quod ſuo labore, & impendio è terræ viſceribus eruunt aurea, vel argẽtea metalla, quibus cuncti ditantur; ipſis effoſoribus indigentibus (eiuſdem aurelij verbis loquor) *officinis ſolemniter inſtitutis montium viſcera perquirunt, intrant beneficio artis in penetrale telluris, & velut in theſauris ſuis natura locuples inquiritur. Sed quibus cautior ars, vita fœlicior eſt; intrant egẽtes, exeunt opulenti.* Omni cõmiſeratione, leuamine & Regijs honoribus ſunt digni cõſideratis incõmodis, frigore, ſumptibus, vigilijs, & pauperie, quã patiuntur, vt alios ditent, atque adeo de illis dixerim *in cautiorẽ artem, & vitã in fœlitiorẽ incipiſci, opulentos intro ire, & exire egentes, atque pannoſos, plerũque fruſtratos, & eluſos ſpe fallaci*, nã vt ait Plinius lib. 33. natur. hiſtor. cap. 4. *Tãta ad pericula eueniẽnda fuit ſatis cauſæ, ſperare quod cuperẽt.* Proſequitur D. D. Ioan. de Solorz. de Indiar. Gubernat. lib. 3. cap. 21. num. 33. adducens textum in l. cuncti, C. de metall. lib. 10. ibi: *Laborioſis effoſsionibus*, l. 1. C. *eodem*, ibi: *Labore proprio, & ſibi, & Reipublicæ cõmoda comparet.* Agricol. de re metall. lib. 1. per totum, & lib. 5. cap. vnico de Indiar. Gubernat num. 20. idem mihi ſæpè vocandus D. Solorzanus, ibi: *Et quia revera hi homines, qui in metallis, & theſauris inueſtigãdis occupãtur, Reipublicæ vtiliſsimi ſunt, cùm tamẽ ipſi cæteris pauperiores, & ſordidiores exiſtãt.* Prouenit inde, vt in exactione æris alieni, præcipuè regalis diſsi-

mu-

mulent leges, & fræna relaxent, ne iſti debitores atterantur, & communi afflictione grauētur carceris, inediæ, ſeruitutis, catenæ, ſectiones, & aliorũ cruciatuũ, de quibus latè Æn. Robert. referens exempla Principũ, qui debitorũ inopiæ ſubleuãdæ ſtuduerint, lib. 2. rerum iudicat. cap. 6. quaſi cum ſimilibus practicanda ſit deciſsio textus in l. ſi bene collocatæ 33. D. de vſur. quæ apprimè aptatur miſerabilibus minerarijs, ex quorum ſorte, & debito maximæ pariuntur vſuræ, & prouentus Camerales, ibi: *Si benè collocatæ ſunt pecuniæ publicæ in ſortem, inquietari debitores non debent, maximè ſi parient vſuras, ſi non parient, proſpicere ſecuritati Reipublicæ debet Præſes Prouinciæ, dummodo non acerbum ſe exactorem, nec contumelioſum præbeat, ſed moderatum, & cum efficatia benignum, & cũ inſtantia humanum.* Pinel. in rubric. de reſcind. vendit. 2. par. cap. 1. num. 26. Alciat. 5. parerg. cap. 7. Eodem tendit ſchedula Pardi die 18. Februar. an. 1608 locuta cum D. Marquione Monteſclario, ibi.

*El Licenciado Maldonado de Torres, mi Preſidente de la Audiencia de las Charcas me ha eſcrito, que al Tribunal de los Contadores de Cuentas ha aduertido el diferente eſtilo, que ſe deue tener en la cobrança de lo que deuen los mineros, y azogueros de Potoſi, de lo que obligan las ordenanças de las Contadurias; porque ſi no ſe vſa con ellos de alguna equidad, ò comodidad, no podràn pagar lo que deuen de açogue que ſe les fia, que es cada año mas de quatrocientos mil ducados; y las cauſas que ay para ir ſobrelleuandolos ſon juſtas, y aunque parecen de gracia, reſulta en vtilidad, y aumento de mi Real hazienda, conſideradas las grandes coſtas que les tiene a los mineros el beneficio, y labor de los metales, que apenas ſacan ſu caudal, y la cauſa porque muchos dellos no deſamparan eſte modo de viuir, es por tener metidas muchas prendas, y hazienda en los ingenios, y minas, y eſtar caſados, y emparentados muchos dellos, y con las eſperanças que tienen de deſcubrir vetas ricas, y que por eſtos reſpetos es neceſſario irles eſperando, y cada año ſe tome aſiento con cada minero de lo que pueden pagar conforme à la calidad, y cantidad de la deuda, y de ſus haziendas, y pagan cada Armada lo que pueden, y aun mucho mas, en que ſe ſuelen ver apretados, y lo buſcan a daño, y ſe fian, y ayudan vnos à otros, y que aſsi es fuerça, que la cuenta vaya à adelante, porque ſi con cada vno ſe feneciesſe de vna vez, ſeria neceſſario venderles todas ſus haziendas, y muchas no alcançarian, con que ſe acabaria aquella maquina. Y como quiera que à los dichos Contadores de Cuentas he ordenado, y mandado, que en la cobrança de las deudas procedidas de açogue guarden la orden que les diéredes, me ha parecido aduertiros de lo ſobredicho, para que para proueer en ello lo mas conueniente, vais con las conſideraciones que el dicho Licenciado Alonſo Maldonado de Torres repreſenta, y de lo que en todo ſe hiziere me auiſareis.*

6 Seqitur ſchedula ad D. Prinpem Schillacenſem, die 27. Septemb.

tembr.ann. 1614. ibi: *Con que ſe irà minorando la deuda atraſſada con ſuauidad, y gozando de ſus haziendas, los que las tienen, y ſon deudores, ſin quedar deſtruidos, y acabados, como ſeria fuerza quedarlo, vendiendo, ò poniendo en adminiſtracion, ò arrendamiẽto las haziendas, como ſe auia propueſto.* Et alia ſchedula ad D. Marchionem de Guadalcazar die 22. Iulij ann. 1626. ibi: *Atendiendo aſsi à la cobrança de lo que ſe me debe, como à la conſeruacion de los dichos mineros.* Et in epiſtola Regia miſſa ad D. Commitem del Villar, capit. 20. data Matriti die 8. Martij ann. 1589. *Y ella, y mis Oficiales Reales os eſcriuian, que no bera bien apretar à los deudores, porq̃ no quebraſſen, y faltaſſen del beneficio de los minerales.* Huius rei experimentis benè inſtructus D. Marchio de Guadalcazar in citata propoſicione addidit illa prudentiſsima verba, veluti ex Oraculo Delphico dictata. *Y en materia de tanto interes para ſu Mageſtad, y bien de ſus vaſſallos, era forçoſo que de ſu Real hazienda huuieſſe de traer cantidad ocupada, como los que tienen vna compañia, y ponen ſu parte en ella con rieſgo, y ſin ſeguridad de ganancia tan grãde, y cierta, y que para ello era neceſſario conſeruar, alentar, y ayudar vaſſallos tan vtiles, de cuya ocupacion, y trabajo tanto dependia, pues no eran meneſter para lo preſente, ni ſe auia de atender à ſolo ello, ſino à la perpetuidad, pues ſiempre tenia ſu Mageſtad neceſsidad del ſeruicio que de aquella Republica recibia, en quãto à la deuda de los oficios vendidos, &c.* Nouell. 4. cap. 3. ibi: *Vndique enim creditoribus*, ita prouidendũ eſt, ne grauentur debitores. Eadem ferè verba apud Conſtantinum Iuuenio in l. 2. C. de debit. ciuit. lib. 11. *Apud eos* (inquit) *quos ſuperſtites integris facultatibus eſſe peruideres, vel quorum hæredes incolumia retinent patrimonia, ſortes Reipublicæ perſeuerare debent; ita tamen vt annuas vſuras ſuis, quibuſque temporibus exoluant, cùm ſimul Reipublicæ vtile ſit retinere idoneos debitores.* Vt ſic deducamus aliquando quam maximè fiſci, vel Reipublicæ intereſſe cõſeruare, ac tueri idoneos debitores, nec acriter vrgẽdos cum annali cõmodo, & perpetuo prouentu litare conantur; ſed cum illo grano ſalis ex Imperatorio ſaligno dict. l. 2. ibi: *Dũmodo cumulus debiti exaggerati minimè nutriatur.* Nec noua, aut inſolẽs iſta pietas pediſequa publicæ vtilitatis, & fiſcalis compendij, iuxta illud Iuſtin. in procemio nouell. 149. ibi: *Anxia itaque reputatione habita, quo modo & fiſcus, & ſubditi illæſi, & indemnes permaneant.* Cùm ex nouell. 147. de reliquis publicis nõ exigẽdis & nouell. 148. de indulgentia reliquorum conſtet, non ſolum piè tractatos debitores in exactione reliquorum ab Imperatore, immo ea remiſſa, & condonata debitoribus prægrauatis, quæ confirmantur ex indulgentia Theodorici in debitores oppreſſos 4. variarum 19. & 36. vbi Caſsiod. illa verba nimis conducentia ad propoſitum. *Nam ſi feſsis minimè releuetur onus, neceſsitate cernitur iacere proſtratus. Melius eſt enim præſentia damna contemnere, quàm exiguo quæſtu perpetua commoda non habere.* Induce textum in l. 1. de interdict. & relegat. ibi: *Scio relegatorum bona auaritia ſuperiorum temporum fiſco vindicata, ſed aliud clementiæ meæ conuenit, qui inter cetera, quibus innocenciam rationum meorum temporum, hoc quoque remiſsi exemplum.*

CAP.

## CAP. XVIII. CASVS XV.

### De Vigilantiæ, & cura D. Proregis in exigendis debitis arcæ Regalis adhibenda.

*Del cobro de deudas q̃ ſe debẽ à la Real caxa, y de el cuidado q̃ debe poner el ſeñor Virrey, en q̃ no ſe retarden.*

SImile eſt homini peculium (vt dicebat Papirius Frõto) naſcitur creſcit, decreſcit, moritur. Refert Martianus in l. 40. D. de peculio: eodẽ modo patrimoniũ Regis cremẽta, & decremẽta recipit, & vtraque ſita ſunt in exactione debitorum; nam ſi ea ſoluantur, creſcit, & augetur, ſi verò negligantur, diminuitur, & multoties intercidit: qui caſus cùm tam magna cõtineat non poteſt, non pertinere ad adminiſtrationem generalem Proregis, Præſidis, & Capitis totius Prouinciæ, ac propterea tanti magiſtratus verſari periculum ob deſidiam, & ex ea ortum ſiniſtrum euentum, vel Regiam gratulationẽ ſequi, ob bonum factũ, & annuam vbertatem prouentuum arcarũ, l. 6. C. de exactor. tribut. lib. 10. ibi: *In fiſcalibus debitis, hoc eſt, annonarijs, cæteriſq; titulis qui ad arcã eminẽtiſsimæ pertinẽt præfecturæ, nec nõ in his debitis, quæ rationale vſurpat officiũ Rectores Prouinciarũ cõſtringãtur*, Nouell. 29. de Prætore Paphlagoniæ c. 2. ibi: *Sed ipſe omnia diſpẽſabit, & publica tributa ſumma cũ animi prõptitudine profligabit, neque plus, neque minus exigens.* Et nouell. 102. de Moderatore Arabiæ c. 1. ibi *Sed & publicis exactionibus cum ſumma vehementia adhæreſcito.* Et nouell. 103. de Proconſule Paleſtinæ c. 2. ibi: *Vt publica tributa ſine retardatione, detrimentoque inferantur.* Edictum 13. Iuſtinian c. 13. ibi: *Reſtat in ea exactionũ cura, quàm ſpectabilis Præfectus Auguſtalis, ipſique obſecũdãs cohors militaribus impenſurus eſt ſumptibus, vt hæc ſuo periculo, & exigant, & tradant.* Et cap. 24 ibi: *Omnibuſque modis explendum fiſcum, illibatæ ſatisfaciẽdũ curẽt.* Caſsiod. 12. var 3. *Cogitetur præ omnibus pecuniæ publicæ fidelis exactio.*

2 In quo caſu ſummè cauendum eſt, vt inuigilet, & vt ait in ſimili Imperator in nouell. de depoſito 88. in fin. *Ad obnoxiũ ſibi, non obdormiat*, ſed vt ſtatutis temporibus debita exigãtur, ne ſuo periculo ad cumulũ inexplicabilẽ aſcẽdãt, & difficilia, aut impoſsibilia quoad exactionẽ reddantur, non ſolùm præteritæ illationis, ſed currentis, & inſtantis tẽporis. Eleganter Imperator, in edicto 13 de Alexand. & Ægyptiac. c 23. ibi: *Itaque intra conſtituta tempora, in nulloque prorſus illa tranſgreſſus, ne videlicet portariorum rationis impedimentum inferat, quod rurſus ſolemnem illationem impediat.* Caſsiod. var. 2. ibi: *Tempora exactionum ſtatuta ſeruentur, ita tamen, vt nullus ſub immaturæ compulſionis iniuria ſe ingemiſcat exactum, nec iterum ſub turpi venialitate induciarum largitas damnoſa præbeatur. Dilatio enim tributi maior fit cauſa diſpendij, quando irritè ſuſpenditur quod nullis protractionibus euitatur.* Quæ vltima verba ſunt notabilia, & ſignanda, vt debitores ſibi perſuadeant ſuam cõdictionem deteriorem facere comperendinationibus iſtis, & eodem modo rationales exactioni incumbentes ſuam nõ meliorare diſsimulatione gratioſa; nam vbi illatio protrahitur complicantur, & impediuntur ſtatæ exactiones ob veteres cicatrices debitorũ. Iterum audiamus Caſsiod. 12. var. 10. *Rationũ publicarũ reliquiæ infauſtæ ſunt ægritudini comparandæ, quæ grauatum debilitant, niſi ſub celeritate diſcedant, reatus quidẽ eſt eſſe ſub debito, nec liber poteſt veraciter dici, qui probatur obnoxius reperiri. Prudens ſe ipſe compellit, minus cautus eſt, qui vrgetur ab altero, parcẽdo nõ parcitis, exonerando prægra-*

*grauati, & dum venales moras quæritis, tributi onera duplicatis: relinquire tandē crudelē miſericordiā, beneficia tota deteſtatione fellita, grauius percutit, qui blādiēdo graſſatur, & ſub indulgētia lædit, qui conſuetis temporibus exigere tributa diſtulerit.* Et ideo poſſeſſor, ſeu ſoluens vltroneus, vt idem ait 12. var. 8. *Et Regi neceſsitatem morarum tollit, & ſibi dāna cōpetentibus illationibus abrogat.* Ludouicus à Valle in praxi collector. Eccleſiaſticæ Hiſpaniarum par. 2. capit. 4. numer. 1. fol. 22. vbi citat Barboſ. in l. ſi debitori num. 182. de iudicijs. Item, quia qui tardius ſoluit, quàm ſoluere debeat, minus ſoluit Regi noſtro, §. Si quis agens 34. inſtit. de act. Et ne id eueniant, vigilanter cauere debēt cūcti officiales, & adminiſtratores, quorum muneris eſt augere, cōſeruare, & tueri domini patrimoniū, elegans locus in nouel. de depoſit. c. 1. ibi: *Cognoſcat enim, quia ſi tale aliquid egerit, & per occaſionē eius ceciderit, aut adminiſtratio panū, aut penſionum datio, ex hoc accidens ipſe ſuſtinebit periculum.* Conſonant plurima capitula inſtructionis rei familiaris, datæ D. D. Franciſco à Toleto, die 15. Decemb. ann. 1568. & cap. 27. epiſt. Regiæ ad D. Comitem de el Villar, die 8. Martij ann. 1589. ibi: *He holgado de ver el memorial q̄ embiaſteis de la plata que ſe ha cobrado de deudas atraſſadas, deſpues que entraſteis en eſſe Reyno: y por lo que conuiene, que en eſto ſe proceda con mucho cuidado, os encargo, que le tēgais muy particular de procurar, que ſe vaya cobrando, y embiando todo lo que ſe me debiere.* Schedula ad D. Principem Schillacenſem, die 27. Septembris ann. 1614. quæ iubet exigi debita argenti viui. Item alia ad D. Marchionem de Guadalcazar anno 1626 die Iulij 22. ibi: *Atendiendo ſiempre à la cobrança de lo que ſe me debe.* Principalis autem ordo, & cautio huius materiæ continetur in ordinat. 21. ſecūdarū Tribunalis Calculorum: id enim eſt familiare obligationi optimi adminiſtratoris, l. Tutores 13. l. ſanximus 25. C. de adminiſtrat. tut. l. ſi plures, §. Negligētiæ, l. qui nominibus 44. l. Lucius Titius 46. §. fin. l. Ghirographis 57. de adminiſtrat. tut. l. Nomina 2. C. Arbitrium tutelæ, vt latius alibi dicemus.

3 Sed cum indultoriæ, ac amicabiles ceſſationes iſtę ex gratia, vel deſidia, ſeu negligentia, ſordibus, aut dolo exactorū, ſit aſsiduum malum, quòd altas habeat radices in regno, ei adhibere medallā, vt eæ euellātur, & extirpentur, conatum eſt Supremū Conſilium, & prudētiſsimi Proreges, iuxta diſpoſitionem iuris, ſtatuentes multa, quæſi, vt oportet obſeruarentur ab arcarijs, haud dubiè debita quæ fiſco debentur minora eſſent, & magis exigibilia.

4 Vt ecce in primis poſt multas altercationes eſt difinitum, quòd in ſubhaſtationibus rei dominicæ, non cōtrahāt nomina prędicti officiales, ſed vendant in numerato, aliàs pretio ſtatim nō ſoluto, nec res ſit emptoris, nec Regi præſtatur, quod illico ei debetur ſolui, l. ſi curat. 5. §. vnic. de iure fiſci. Conſtantius in l. 1. C. de vend. rer. fiſcal. cum priuat. num. 69. ibi: *Eſt autem reſolutum, fidem de pretio haberi non poſſe, quando venditur res fiſcales.* Poſt Iaſon in l. à Diuo Pio, §. Sed ſi emptor. D. de re iudic. Accurſ. in l. 1. C. de iure haſtæ fiſc. lib 10. verbo facultas, Valenç. Piſcator. nu. 8. & 9. Petr. Surd. conſ. 166. vol. 2. Pereg. de iure fiſci lib. 6. n. 9. Fontan. de pactis, clauſ. 7. gloſſ. 3. p. 6. n. 20. tom. 2. Addendus Hermoſilla in l. 52. tit. 5. p. 5. gloſſ. 7. num. 2. atque adeò bene poſſumus dicere Plautinis verbis in Pſeudolo: fiſcum Regium. *Non vendere die cæca, ſed oculata.*

5 Et præcipuè illud prouiſum eſt in quibuſdam membris, quæ non ita

ita paratã,& vt dicunt, in ſacco exquirunt ſolutionem, quam alia quibus adeò, prompta ſatisfactio, inſita, & deuincta eſt, vt dilationibus iuris debiti non ſit locus: cuiuſmodi eſt quintum Regiũ argẽti, vel auri, &c. quod remanere debet in arca in eadem ſpecie, priuſquã portio ſua tradatur priuato. Itẽ Almoxarifazgus taliter deducitur, ac dependi debet, vt fardelli, & res obnoxiæ eius penſioni ſint loco pignoris, & retineri debeant quouſque reuera ſoluatur. Eodẽmodo Media Annata, Meſata, & tertia commendarum eiuſdem rei, & beneficij nexu vinculata eſt, arg. l. 26. §. Si centum in fin. de condit. in deb. l. 20. C. de adminiſtr. tutor. Socin. conſ. 180. Faber. in C. lib. 5. tit. 36. diff. 1.

6 Solùm autem Alcauala ægrè dependitur, quia ſolutio eius ſequitur poſſeſsionem reiuenditæ, tempore, quo iam eſt facta, vt vulgò dicitur *caro*, *& ſanguis*, & ſic ſera, ac minus rigoroſa eius penſio eſt, ipſo Rege noſtro diſsimulante, ſiquidem in Regia ſchedula data Toleti die 4. Auguſti anno 1596. ibi: *Cobrando por otro camino la dicha alcauala con tanta ſuauidad, y buen termino, como confio de vueſtra prudencia.* Idem enixius cautum eſt in debitis ſeruitij gratioſi, ſeu donatiuorum, quæ iudicialiter exigi poſſe, non videntur ex Regia epiſtola ad Tribunal Calculorũ, die 2. Martij anno 1608 & Domini Proreges epiſtolis cum abſentibus, ſeu mitibus verbis cum præſentibus tractare iubentur de exactione huius membri, quod habet ortum à libera voluntate, & gratia promittentium. Nec melioris fortunæ exactio argẽti viui ex ſuperiori caſu, & ibi traditis, licet arctè prohibitum fuerit, ne venderetur minerarijs Potoxinis, habita fide de pretio, quæ vt plurimũ defecerat, ſed innumerato, illa comminatione adhibita, vt de ſuo teneretur ad periculum, vel damnũ non ſoluti pretij ſartiendum, qui præſtaret authoritatẽ diſtributioni, & vẽditioni initæ cõtra prædictũ ordinẽ, ex Regia ſchedula an. 1633. De quo fuiſſe alibi. In ſubhaſtatione ſpecierum cõmẽdarũ Regiæ coronæ prouiſum itidem ne diſtrahantur habita fide de pretio, ſed præſentis pecuniæ numeratione Regia ſchedula tranſmiſſa ad D. Præſidem Licenciatum Lupum Garcia de Caſtro, data Matriti die 17. Martij anno 1567. ibi: *Y haſta que el precio (por lo que ſe rematare) ſe pague, no ſe entregue a las perſonas que las ſacaren, y eſto mandareis, que aſsi ſe guarde inuiolablemente, porque conuiene à nueſtro ſeruicio, y buen recaudo de nueſtra hazienda.* Arcatia ordin. 9 an. 1573. ibi: *Todos los tributos, y almoxarifazgos que ſe nos pagaren en eſpecies, ſe han de vender en almoneda publica al contado, y no al fiado*, arg. text in l. 5. §. 1. de iur. fiſc. l. 1. & 3. C. de fide inſtr. D. Alfar. gloſſ. 34. num. 40.

7 Secus ſtatutum eſt in ſubhaſtatione officiorum, quia cùm ſint plura magni pretij, nec ad licitationem accedentes ſemper paratam habeant pecuniam in numerato, neceſsitas ipſa extorquet, vt diſtrahi poſsint habita fide de pretio, ſed ne ſolutio in tam longum tempus protrahatur, vt ſit pretium inutile: effrenis iſta facultas coanguſtata fuit termino triennali, qui excedi nequit Regia ſchedula, expedita inſtantia doctiſsimi, ac integri viri D. Ioan. de Mena, tunc Regij aduocati in Supremo Indiarum Conſilio, die 7. Octobr. anno 1636. ibi: *Por quanto el Licenciado Iuan de Mena mi Fiſcal de mi Conſejo Real de las Indias, me ha hecho relacion, que en la venta que ſe haze en las Prouincias de ellas de los oficios de pluma, y otros que eſtàn mandados vender, ſe dan, y conceden para ſu paga plaços*

tan-

*tã largos, y dilatados, q̃ caſi es inutil el precio q̃ dellos ſe ſaca, porq̃ cõ el beneficio, y vſufruto de los tales oficios, vienen à pagar los poſſeedores lo que por ellos dã, en que mi Real hazienda recibe mucho daño, y perjuizio, ſuplicòme atento a ello, mandaſſe proueer en el caſo del remedio conueniente. Y auiendoſe viſto por los de el mi Conſejo de las Indias, fue acordado, que debia de mandar dar eſta mi cedula, por la qual mando à todos los Virreyes, y Gouernadores de las dichas mis Indias Occidentales à quien toca, y pertenece la venta de los dichos oficios, que de aqui adelante en ninguna manera concedan plaços largos para la paga dellos, ſino que procuren que ſean cortos, y acomodados, de manera, que con breuedad ſe dè la ſatisfacion q̃ es juſto à mi Real hazienda, y los que concedieren, no han de paſſar, ni exceder por ningũ caſo de tres años, y eſta orden ſe guardarà preciſa, è inuiolablemente.*

8 Cui adiungenda eſt alia ſchedula dat. die 1. Nouembr. anno 1603. qua præcipitur ſubhaſtari officia pro pretio debito in præcedenti auctione, & pro vita debitorum, vt ſic moræ eorum cohibeantur, quæ ſemper diſpendio ſunt iuribus creditorum, quòd eis ex negligentia officialium reſarciri debet, l. Suſceptores, C. de ſuſcept. lib. 10. Auiles in capit. 45. Prætor. verbo, Poner. Bobadill. in Politic. lib. 1. cap. 4. n. 79. Quos citat D. Solorz. de Ind. gubern. lib. 5. cap. vnic. num. 124. Et quod publici adminiſtratores teneantur ad damna ob eorum negligentiam, eſt textus in l. 1. C. de peric. nomin. lib. 11. l. 80. §. 1. de leg. 2. l. 11. de vſur. l. Lucius ad municip. l. 2. l. 18. C. de Decur. lib. 10. l. 2. C. de adminiſtr. rerum public. lib. 11. l. Magiſtratus de adminiſtrat. rerum ad ciuit. Senatus Genuenſis deciſ. 80. num. 4. Socin. conſ. 2. num. 10. lib. 1.

9 Sed quia, vt ait regula iuris mora ſua cuilibet eſt nociua, ne ex propria comperendinatione, & ceſſatione ius tertij diminuatur, receptum eſt vt exigãtur cum ſorte vſuræ retardatæ ſolutionis, ad rationẽ decẽ pro centum in fiſci fauorem, l. 9. tit. 18. lib. 5. Recopilat. iuncta l. cum quidam 17. § Fiſcus de vſur. ibi: *Fiſcus ex ſuis contractibus vſuras non dat, ſed ipſe accipit, vt ſolet à foricarijs, qui tardius pecuniam inferunt*, item ex vectigalibus, l. fin. C. de vſuris fiſcalibus, ibi: *Vt ipſe etiam fiſcus vltra dimidiam centeſimæ partim à debitoribus ſuis minimè exigat.* Bald. Salicet. & Angelus in d. l. cum quidam, §. 5. Fabius de Anna. conſ. 93. lib. 2. D. Alfar. de officio fiſcalis, gloſſ. 16. priuileg. 56. n. 19. & priuileg. 64. numer. 20. in fine, Noguerol. tom. 1. allegat. 16. numer. 124. Iacob. Cuiat. lib. 22. obſeru. cap. 24. fol. mihi 46. tom. 2. Nicolao à Genoa de ſcript. priuat. lib. 3. quæſt. 5. num. 53. fol. 271. ibi: *Debitores Camerarum ex cauſa, præcipuè vectigalium, certis præfinitis temporibus teneri ſolutiones ſuas facere, aliàs in pœnam decem pro centenario incidere.*

10 Poſtremo hìc oportet animaduerti adeò ſtrictos eſſe ad ſatiſfaciendum fiſco, eius debitores, etiã ex cauſa tributorum, quæ iure Diuino, & Canonico Principi deberi, conſtat ex Paul. cap. 3. à Roman. cap. ſi in morte 23. quæſt. 8. nouell. de mãdat. Princip. §. Publicorum, vt confugientes ad Eccleſiam metu exactionis nequeant gaudere immunitate Eccleſiaſtica, vt benè fundat nouiſsimè D. Marius Cuteli in aureo libro de immunitate Eccleſiaſt. lib. 1. quæſt. 32. à numero 42.

CAP.

## CAP. XIX. CASVS XVI.

### De ſatiſdationibus, & fideiuſsionibus dandis ab officialibus arcarijs, ac renouandis, repetendiſve, quoties ſecuritas rei Dominicæ, illud poſtulauerit.

*De las fiãças de oficiales reales antes de entrar à adminiſtrar, y de la renouacion, y ſubrogacion de ellas, quãdo huviere neceſsidad.*

1 OB maiorem ſecuritatem Regiæ pecuniæ, & meliorẽ adminiſtrationẽ illius inuiolabiter cautum eſt, vt Regii officiales idoneè ſatiſdent, & fideiuſſores præſtent de benè adminiſtrando, & reddendo calculum, iuxta formam præſcriptam in arcaria, ordinatione 25. inſtruct. rei dominicæ ann. 1573. ibi: *Para cuyo cumplimiento, y ſeguridad de nueſtra hazienda aueis de dar fiança en la cantidad, ſegun, y por la forma, y orden contenida en vueſtros titulos, y prouiſiones.* Cuius tenorẽ poſuit Alexãd. Raudẽſ. deciſ. Piſana 4. in principio, qui omnino videndus, quoad plura, quæ in materia fideiuſſorum magiſtratum offerri poſſunt, quem citat D. Ioann. de Solorzan. libr. 5. capit. vnic. de Indiarum Gubernatione numer. 126. l. 6. tit. 4. part. 3. ibi: *Deben tomar fiadores*, Anton. Faber in Iuriſprudent. libr. 1. tit. 12. princip. 8. per totum, præcipuè à illat. 45. Plat. in l. 1. C. de conuent. fiſci debitor lib. 10. l. 1. C. de vſur. fiſci. l. 1. C. de peric. nomin. libr. 11. l. 1. C. de pericul. eorum, qui pro magiſtratibus conuen. l. 1. & 6. de magiſtrat. conuen. l. 2. ad municip. l. 1. C. de Decur. lib. 10. textus cum materia in l. 9. §. 3. de adminiſtrat. rerum ad ciuit. pertin. ibi: *Sine cautione non oportere committi.* Singularis textus in nouell. 149. in præfatione, ibi: *Fiſco rectè cauiſſent*, & cap. 2. ibi: *Tamen vt publicum, & Fiſcalem Canonem ſe illaturos caueant*, textus de fideiuſſ. magiſtrat. & ibi Bart. in l. fideiuſſores magiſtratuum de fideiuſſ. Puteus de ſyndicat. verbo, Fideiuſſor officialis, cap. 1. numer. 8. fol. 185. l. 2. C. de fundis rei priuat. lib. 11. l. prætoriæ, D. de prætorijs ſtipulat. l. ſi is à quo in fine, vt in poſſeſſ. legat. Alfar. gloſſ. 34. numer. 145. Pancirol. in notit. vtriuſque Imperij cap. 73. in fine, ibi: *Hi Præfecti pecuniam Principis tractare non poterant, niſi prius ſatis dediſſent.* Thedoſ. in l. Priuatæ, C. de muſilegul. lib. 12. l. vltim. in C. Thedoſ. de diuerſ. officijs theſaurorum, Puteus in tractatu de ſyndicatu fol. 376. tom. 2. verb. *Fideiuſſor officialium*, num 8. verſ. fideiuſſor magiſtratuũ, Marſil. in rubric. de fideiuſſorum num. 182. quæſt. 23. Bart. in l. 1. C. de magiſtrat. conuen. Conducunt quæ ſcripta ſunt in iure, circa fideiuſſores aliorum adminiſtratorum in l. 1. & 2. de tutor. vel curarator. qui ſatis nõ dedit: toto titulo de fideiuſſor. tutorum, vel curatorum, D. & C. l. 5. & 6. D. de ſuſpect. tutor. Donel. lib. 15. commẽtar. cap. 20. & ibi, Oſuald. liter. C. Gregor. in l. 21. tit. 16. part. 6. gloſſ. 8. l. 1. & 2. C. ſi mater indemnitatem promiſsit, l. quæro, an fideiuſſor in fini principij, D. locati cum alijs, quæ in tractatu minoris adminiſtrationis fuſius dicentur infra hoc lib. part. 2.

2 Fideiuſſores iſti ſolent deficere, & eius bona, pluribus ex cauſis, de quibus varijs in locis, l. cũ. C. de tutor. & curat. qui ſatis nõ dedit, l. pro ponebatur 2. vbi pulcher caſus, iunta l. 3. l. magiſtratus 8. D. de magiſtrat. conueniend. & vt indemnis ſeruetur omni tempore arca Regalis, exi-

exigit ars adminiſtrationis maioris, vt D. Prorex adeatur à Calculatoribus Regij Tribunalis Calculorũ, vt ipſe iubeat fideiuſſores recognoſci, & in eorũ bona inquiri, vt ſi foro ceſſerint fideiuſſores, vel facultatibus lapſi ſint, aut emortui illi, & hæredes repetatur ſatiſdatio, & nouiter cogantur dicti rationales ad hoc onus ſubeũdũ, ad quod adſtricti ſunt ſuis inſtructionibus. Conſtat ex d. ordinat. 25. ibi: *Las quales aueis de ſubrogar y dar otras de nueuo ſiempre que conuẽga, conforme à lo por cedula nueſtra mãdado*; Quæ Regia ſchedula videtur tranſmiſſa ad D. Franciſc. à Toleto die 30. Iulij ann. 1572. ibi: *Y aſsi os mando, que acaeciendo, que alguno de los fiadores q̃ dieren los dichos nueſtros oficiales, q̃ al preſente ſon, ò adelante fueren, fallezca, ò quiebre de ſu credito, ò ſe auſente de la tierra, compelais, y apremieis al oficial cuyo fiador fuere la tal perſona, à que ſubrogue otro fiador en lugar de el tal muerto, quebrado, ò auſente.* Eſt etiam Regia ordinatio 47. impreſſa primarum dicti Tribunalis Calculorũ, qua conſcribi præcipitur in libro fideiuſſorum, & ſedulò cuſtodiri, quæ idem iubet, his verbis. *Y porque con el tiempo faltã, ò q̃ por muerte de los dichos fiadores, ò quiebras de ellos, ò de los principales, en qualquier caſo que ſuceda, que ſe entendieſſe conuiene las den de nueuo, ſe darà cuenta à los nueſtros Virreyes, ò Preſidentes en las dichas Prouincias, para que ſe ponga el cobro, y recado que conuiene à nueſtra hazienda.* Conſon. l. 2. C. de tutor. vel curat. qui ſatis non dedit, ibi: *Aditus Rector Prouinciæ, iubebit, & in locũ defunctorum alios idoneos ſubſtitui*, l. 2. C. de fund. rei priuat. lib. 11. ibi: *Sanè ſi quẽ poſtea minus idoneum factum eſſe conſtet, nec ita, vt expedit rationem reddere penſionis ad alium idoneum, &c.* l. 1. §. 5. de magiſtrat. conuen.

3 Sed videtur cautionem non eſſe exigendam ab officialibus iſtis, argumento textus in l. Imperatores. 9. §. 7. de adminiſtrat. rer. ad ciuit. pert. vbi cautio non exigitur à curatore Kalendarij, ea ratione, quia à Præſide ex Inquiſitione eligatur; ergo idẽ in rationalibus ſtatuẽdũ, cùm ſemper eodẽ modo à Principe nominẽtur. Verum in curatore prædicto illud eſt, ita cõſtitutũ, quia nuſpiam habuit adminiſtrationem: officiales autẽ Regales ſunt veri adminiſtratores Regij patrimonij, ac proinde ſatiſdare indoneè tenẽtur, ſicuti tutores, curatores, œconomi, & alij hoc genus. Admoneo tandẽ, datione fideiuſſorũ ſubrogatorũ, nõ extingui primorum obligationem D. Larrea tota allegat. 34. tom. 1. vbi latè.

## CAP. XX. CASVS XVII.

### Ad D. Proregem attinet nominatio officialium Regij Ærarij interinariorum, cum dimidietate ſalarij.

1 PArum intereſſet regere habenas maioris adminiſtrationis, ſi magnus, & excelſus adminiſtrator, per minores officiales ſpecialiter deputatos arcariæ functioni ab eo inueſtitos, nõ poſſet Principis gubernari ſubſtãtiam, ſiquidem ore inſignis Caſsiodori in Imperatoria formula de Comitiua Priuatarum habentur hæc verba 6. var. 8. ibi: *Per rationalium curam quondam Principum priuatam fertur gubernaſſe ſubſtantiam, & quia iudicis faſtigiũ exercere, non poterat inter homines extraneis cõditionibus inclinatos, &c.* nã ſicut vni, quantũuis magno, & induſtrio œconomo, *El nombrar oficiales reales en interim pertenece al ſeñor Virrey dãdoles ſolamẽte la mitad de el ſalario.*

&

& Rectori, non ſolũ impoſsibile per ſe cuncta gerere, ita indecens minutos ſumptus, vel magnos; ingentes ſolutiones, vel paruas, & omnia cõtingẽtia rẽ familiarẽ in tot Prouincijs, & arcis, præmanibus exercere. Sic in quodam c. inſtruct. emiſſæ ad Præſidẽ de la Gaſca, vbi ei, data poteſtate creandi minores adminiſtratores, ſimul & illud enũtiatur. *Procurareis los mejores hombres para el intereſſe del Fiſco, porque es coſa indecente, que el que gouierna tenga el gaſto de paz, y de guerra en ſu mano.* Verùm nominatio hæc adminiſtratorũ, ſiue officialium Regiæ gazæ, non aliter accipi debet, ſeu exerceri, niſi in ſubſidium, vel tẽpore interinario, dũ ſua Maieſtas eligit officialem proprietariũ: quo caſu & illud cauetur ne à D. Prorege totum ſalariũ aſsignetur nominato, ſed tantum ſemis ſiue dimidium, vti continetur in quam plurimis ſchedulis, præcipuè in vna ad D. Proregẽ D. Franciſc. à Toleto, dat. Matriti die 26 Maij ann. 1573. ibi: *Y à los que huuieren ſido nombrados entretãto q̃ Nos proueemos, ſolamente ſe les darà la mitad de lo que tienen los propietarios, y la demaſia que contra lo ſuſodicho huuieren lleuado, hareis que lo bueluan, y reſtituyã luego à nueſtra Real caxa, y ſe haga cargo dello al nueſtro Teſorero.* Et in alia data Lisboæ die 9. Aprilis ann. 1582. & in alia data in nemore Segouiæ die 23. Septembr. ann 1569. libr. 1. impr. fol. 294. ſched. etiam die 2. Aprilis ann. 1608 & ſchedula die 8. Octobr. ann 1611. quæ directa eſt ad Tribunal Calculorum. Quod obſeruatur inneuitabiliter, licèt contrarium ſuadeat æquitas: ſiquidem idem labor, & periculum imminet interinario, ac proprietario, vnde idem ſalarium æqualiter percipi deberet, tam ab vno, quàm ab altero, vti conſtitutum regulariter pro laboris menſura, c. 2. de cenſibus lib. 6. l. Seio, D. de ann. legat. Menoch. de arbitr. caſu 223. Menchac. illuſtr. lib. 3. cap 92. nu. 27. Dueñas regul 177. Matian. Socin. de viſitat. num. 37. verſic. Ex prædictis, Alex. Raud. conſ. 50. num. 476. cum alijs.

2 In quã rem nõ parũ vrget quòd officiales minus ſalariati excuſantur, ſi aliquas pecunias recipiũt propter rerum penuriã. Puteus de ſyndic. verb. Cõſilarij fol. 405. Bertrãd cõſ. 81. col. 4. num 6. cum quilibet officialis ex ſuo officio viuere debeat, l. ſed etſi quis ex ſignatoribus, D. quẽ admod. teſtam. aper. Alex. l. Diuortio, §. ob donationes, col. 2. D. ſolut. matr. Cephal. conſ. 39. n. 34. Raudẽſ. reſp. 49. num. 120. Caſsiod. 9. variar. 13. ibi: *Quia ſub quadẽ excuſatione peccare creditur, cui neceſſaria non præbentur.* Sed quoniam lex licet dura, ita ſcripta ſit, ad vnguem cuſtodiri debet ab officiali, qui acceptando officiũ grauamini pedi ſequo conſenſit, maximè adſtante conſuetudine, quæ in præceptione ſalarij attendi debet, auth. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. §. Sic igitur, Eſcobar de Ratiocinijs, cap 27. num. 11. qui alios refert Rebuff. in conſtitut. Regias tractat. de conſuet. art. 125. gloſſ. vltim. num. 2. Et quæ iam diù inualuit in Regno noſtro non præſtat, niſi prædictũ ſemiſſem vti in Regno Aragoniæ, Malloræ, Siciliæ, & aliorum. Amatis deciſ. 31. num. 2.

3 In hoc pũcto duo non contẽnenda notari oportet. Primũ, quòd ſemel nominatus officialis rei familiaris à D. Prorege, nõ facilè, nec ad libitũ illius remoueri debet ab officio ei cõmẽdato, vt habetur in quadã Regia ſchedula ad D. Principem Schillacẽſem, dat. Lisboæ die 24. Auguſti. ann. 1619. niſi iuſtis de cauſis, l. Iureſperitos de excuſat. tutor. Maſtr. lib. 1. de magiſtrat. c. 27. à n. 16. vbi citat Capic. Guillerm. Bened. Carol. de Tapia, Ceuall. Caued. Cald. Burgos de Paz, Padill. Fontan. Gratian.

diſceptat.lib.1.cap. 167.num.41. D. D. Ioan. Baptiſt. Larrea deciſ. Granat.diſput. 2. qui citat alios, & adducit l.23.tit.7.p.1.& fundat, quòd ſit dedecus, & pœna ab officio remoueri, l. Caſsius 2.de Senator, vbi priuatus officio, nec teſtimoniũ dicere debet, add.c.cõquerẽte de reſtitut.ſpoliat.c.ſatis peruerſum 56.diſtinct. Sic Tiberius in Tacito lib. 4. annal.res ſuas ſpectatiſsime cuique quibuſdã ignotis ex fama mãdabat, ſemelque ad ſumpti tenebãtur. Robert.lib.1.retũ iudicat.capit.4.apud quem. *Publicè intereſt magiſtratus, nec facilè, nec leui de cauſa remoueri*, hinc de Marco Antonino Philoſopho Iulius Capitol. *Cùm Prætor peſſimè egiſſet eum magiſtratu nõ abdicauit, ſed collegæ iuriſdictionem mandauit.* Et licèt Azeued.in l.4.tit. 25. lib. 4. teneat remoueri poſſe ſine cauſa, nõ benè firmat pedem, & eſt intelligendus, iuxta ſcripta à D.Larrea vbi ſupra, & Lara de Capellanijs lib. 2. capit. 6.n.22. qui cõcedit remotionẽ dũmodo abſit malitia in reuocante; nã tunc remotus reſtituetur à ſuperiore. Et licèt officiũ detur ad libitum, ſine cauſa nõ poteſt remoueri, cap. horrendus 32.q.79.l.Pompon.10.de negot.geſt.Bobadill.lib.1.Polit.cap. 16.& 17.à nu.1.ad 10. Maſtril.de magiſtr.lib.1.cap.27.num 17.l. quod ſemel de decret.ab ordine, l.2.tit.10. p.2.vbi hanc ſententiã tenuit Greg. gloſſ 8.Boer.deciſſ. 249. n.11. Petra de poteſt.Princip.cap.29.num.24.

4 Sed videtur in contrarium eſſe, non leue telum ex pharetra noſtri iuris municipalis, & dicti capitis Regij ad Præſidẽ de la Gaſca, vbi limitato tẽpore, iuſſus eſt retinere adminiſtros rei dominicæ, ibi: *Mudandolos de tiempo en tiẽpo.* Verum huic occurritur, præſupponendo non eam eſſe mentẽ Regijs in illis verbis, vt ſine cauſa remoueantur officiales, vt in perpetuũ abcedant, quod ſatis ignominioſum eſſet, & illicitum, ſed vt alternis vicibus ſibi ſuccederent, & de vna in alteram arcã, ſiue ærarium trãſirẽt, & teſtimoniũ fidelitatis, vbique præbentes euaderẽt peritiores, & digni, vt maioribus arcis, ſiue militijs rei familiaris incumberent; quaſi per hanc viam quodã ſeminario diſpoſito, vnde homines ſtrenui, cõpotes adminiſtrationis, & rei ſummariæ transferri poſſent ad hoc, vel illud ærarium, ne diu retenti in vnica arca, vel Prouincia, quam ſemel ingreſsi fuere radices agerẽt priuatæ affectionis, familiaritatis, parẽtelæ, ſeu auiditatis rei pecunioſæ, vt ratiocinatur Ioan.Matienz.in Dialog. relat.3.p.c.27.n.4. ibi: *Sic & arbor artificialis, hoc eſt iudex, in fundo alieno radices emittens, negotiationi, aut mercaturæ operam nauando, plantæ dominium ita commutabitur, vt eius efficiatur, cuius in fundo radices coaluerint.* Et hic ſenſus eruitur ex verbis illis, ibi: *Aduirtiendo, q̃ para eſte fin importa mucho buenos adminiſtradores, mudandolos de tiempo en tiempo para teſtimonio, y prueua de fidelidad, haziendo en eſto vn ſeminario comun para todo eſſe Reyno.* Nam proinde annuis vicibus Rom. magiſtratus mutabantur, vt ait Egeſip. de bello Iudaico lib. 1. *Ne inſolens diù maneat, & moderatior ſuccedat*, Liuius 4. Dec. 12. *Maximam tamen eius cuſtodiam eſſe* (aptiſsima verba ærarij cuſtodibus) *ſi magna imperia diuturna non ſint.* Cicer. Philip.1. *Quæ lex melior vtilior, quàm ne prætoriæ Prouinciæ pluſquam annum, ne pluſquam biennium Cõſulares obtinerentur.* Tacitus lib. 2. annal. *Superbire homines, etiam annua deſignatione, quid ſi honorem per quinquenium agitent.* Ariſtot.lib.2.Politic.tit. de muner. & honor. non contin.lib.10.l. neminem 4.C. de ſuſcept.D. Lopez lib.6.tit.4.par. 3. Capic. deciſſ 121. Afflict in conſtit. Regni Siciliæ lib. 1.rubric.29 n.9.quæ refert D.D.Laurẽt.Ramirez de Prado in notis ad li.

conſ.

conſ. & conſiliarior. cap. 6. lib. 3. Hinc credo ortum habuiſſe per biennium olim creari fiſci patronos, l. iubemus. C. de aduoc. diueſ. iudic. Quibus addendus eſt Felin in cap. cùm omnes num. 18 de conſtit. Coſta de remed. ſubſidiarijs, remed 78 Cra uet. conſ. 459 nu. 2. volum. 3. Natta conſ. 58. n. 4. Petr. Surd. conſ. 261. n. 11. vol. 2.

5 Vnde facilè eueniet, vt qui fideliter ſeruierit, ad ſuperiores gradus promoueri poſsit, qui autem ſe infidũ oſtẽderit, remoueatur, ne latiùs ſerpat illuuies, l. nullus de Palatin. ſacrar. largition. C. lib. 12. ibi: *Nullus theſaurenſis, vel officialis Comitis theſaurorum, ſemel deprehenſus euerſo quocumque pacto, aut repetat militiam ſuam, aut aliam ſibi acquirat per ambitum dignitatem*, nouell. 28. de moderatore, Helenoponti capit. 7. ibi: *Et pro magiſtratu benè geſto bonam remunerationis ſpem concipiet*, Caſsiod. 2. variar. 28. *Tribuenda eſt iuſtis laboribus compenſatio premiorum.*

## CAP. XXI. CASVS XVIII.

### De Sindicatu, & viſitatione Regiorum officialium, & arcarum Regalium

*De la viſita de caxas Reales, y de ſus oficiales, y miniſtros.*

1 QVid prodeſt benè decernere, ait D. Hieron. relatus à Maſtril. lib. 2. c. 1. de magiſtr. ac imperare ſapiẽter, ſi miniſtri, per quos negotia experiri debent, deſides, ignaui, immites, & alijs eiuſdẽ generis notis fœdati ſunt, nec ſeligẽdi tantùm, ſed exploradi, ne quid indecorum committant, Cicer. epiſt. 1. ad Quint. fratr. *Parui refert abs te ipſo ius dici æqualiter, & diligenter, niſi idem ab ijs fiet, quibus tu eius muneris aliquã partem conceſſeris.*

2 Cura hæc, inſpectio ſeu inquiſitio in nullos adminiſtros magis eſt neceſſaria, quàm in arcarios Regiæ Gazæ, & alienæ pecuniæ cuſtodes. Hi enim ad minus decennali curioſitate, ſiue cẽſura explorãdi ſunt iure noſtro municipali & quadam Regia ſchedula, cui per interpretamentum huius Regij Senatus hoc tempus attributum eſt, vti neceſſariũ ad ſyndicandum, hoc eſt de decennio in decẽnium, forſan tracta imitatione ab antiquis Cenſoribus populi Romani, quorũ munus inter alia fuit vectigalia populi inquirere, & reponere, Senatũ legere, Senatus Principẽ deſcribere, cenſum agere, luſtrum cõcedere, equos adimere; quos autẽ putaſſent parum dignos ordine quocũque amouere, teſte Feneſtella de magiſtrat. Romanis cap. 17. Turnebo lib. aduerſ. 27. c. 32. Guido Pancirol in notit. vtriuſque imperij c. 5. col. 4. verſ. Qui hodie, Borrel. cõſ. 85. Pompon. in l. 2. §. poſt, D. de orig. iuris. In quam rem Tacitus lib. 15. Annal. *Olim quidem non modo Prætor, aut Conſul, ſed priuati etiam mittebantur qui Prouincias viſerent, & quid de cuiuſque officio videretur, referrent.* Simancas de Republica lib. 7. cap. 23. Et ab eorum iudicio pendebat qualitates adminiſtratorum optimas, ſiue iniquas ad Principẽ referre, quod etiã hodie debet obſeruari à Viſitatoribus iudicibus, ne ſelectos ſe dũtaxat putent ad puniẽdum, ſed etiã ad honeſtandum, l. 11. & 12. tit. 7. lib. 3. Recop. Maſtr. tom. 2. de magiſtr. lib. 4. cap. 11. num. 26. cum Puteo, & Abileſio, vnde Bald. in tit. de pace cõſtãtiæ refert, adminiſtro, ſuo muneri facienti ſatis, inſignũ, ſeu theſeram bonæ adminiſtrationis probatæ in ſyndicatu, vſitata donaria fuiſſe, collata à communitatibus, quæ

vbi officialis ad aliud officium erat promotus, in feneſtris Palatinis ſuſpendebantur, notat Azeued. in l. 7. num. 1. & 2. tit. 7. lib. 3. de quo tractatu, & pluribus quæſtionibus ad eum pertinentibus, qui plura ſcire vellit, conſulat dictum Baldum in l. obſeruare, §. Proficiſci, de offic. Proconſ. Angel. de Peruſ. Cataldin. Amædeũ, Paris de Puteo, Auguſtin. Dulcetum, Ioſeph Cumiam in practica ſyndicatus, Auileſium, Raudenſem conſ. 49. Bertrand. conſ. 71. & conſ. 81. Grammatic. conſ. 54. Ioſeph. Ludouic. in ſuis communib. concluſ. quæſt. 38. Borrel. conſil. 85. Emanuel Rodrig. in Quæſtion. Regul. tom. 2. quæſt. 4. artic. 1. Balzaranum de feudis lib. 2. cap. 47. Simanc. lib. 7. capit. 23. de officio eorum, quos viſitatores vocant. Innocent. in cap. qualiter, & quando num. 5. de accuſat. Gabriel Berart in ſpeculo vſitat. cap. 1. Gregor. Lopez in l. 6. tit. 4. part. 3. Marium Muta in cap. Regn. Sicil. 3. tom. cap. 7. num. 101. & D. D. Ioan. de Solorz. qui citat plures lib. 4. de Ind. Gubern. cap. 8. per totum, & nouiſſimè D. D. Ioann. Baptiſt. Larream, in 2. tom. deciſſ. Granat. allegat. 101. num. 21. & 22.

3 Nos autem contenti ſumus, iuxta inſtituti brebitatẽ referræ, quæ prouiſa ſunt in noſtro Regno, circa ſyndicatum arcariorum Regiæ pecuniæ, cuius caſus pertinens ad ſuperiorem Proregis adminiſtrationẽ penè innumeris regijs epiſtolis, & ſchedulis repetitur, & in primis ſe offert cap. 12. Regiæ epiſtolæ ad D. D. Franciſc. à Toleto die 30. Decẽb. ann. 1571. *Està bien lo que dezis, que à los nueſtros oficiales de eſſa tierra, para los dexar con orden, y obligaciones les tomariades cuentas, y viſitas, como lo auiades hecho cõ algunos, y lo miſmo hariades con los demas.* Et cap. 2. Regiæ epiſt. ad eũdẽ die 27. Ianuarij ann. 1576. *En lo q̃ dezis conuendria viſitar, y reformar los oficiales de Ariquipa como los demàs, &c.* & ibi: *En quãto à eſto ha parecido, que a vos como quien tiene la coſa preſente debemos remitirlo, como lo hazemos, para que lo veais, y proueais.* Caput 8. epiſt. die 1. Decẽb. an. 1573. ibi: *Està bien las cuentas, q̃ dezis ſe han tomado à los oficiales de Lima, Guamanga, el Cuzco, y la Paz, y la Plata, Potoſi, y el auerſe viſitado los propietarios, y teniẽtes, &c.* Sic D. Princeps Schillacenſ. in ſua relat. n. 126. *La viſita, ſindicaciõ, y caſtigo de todos los oficiales Reales està remitida al Virrey, ordenandole q̃ los reſidencie como, y quãdo le pareciere q̃ cõuiene: eſto ſe diſpuſo por vn capitulo de carta al ſeñor Virrey Don Franciſco de Toledo en 30. de Diziembre de 71. en cuya conformidad, y lo q̃ ſiempre ſe ha practicado, queda actualmente viſitando la caxa de Oruro, &c.* Extat ordinat. 23. Regij Tribun. Calculorũ ex ſecundis, ibi: *O à viſitar caxas particulares de Oficiales Reales.*

4 Poſteà, cum D. Marchio de Gualdalcazar miſiſſet Viſitatores ad arcã de Caſtro virreina, & de Ariquipa, iuxta Regium mandatum, quo etiã ei iniunctum fuerat, vt cæterarum arcarum officiales viſitarentur, exceptis officialibus huius arcæ Limẽſis, cuius ſyndicatus commiſſus fuerat Viſitatori Regij Limani conuẽtus, nec non Præpoſitorum. Quæſtorumve arcæ Guancabilcenſis, vt videre eſt per Regiam ſchedulam ann. 1627. data die 30. Martij (quæ cõſueuit inſeri in huiuſmodi commiſsionibus inueterato ſtylo, & praxi gubernij.) Alia ſchedula ad eundem D. Proregẽ expedita præceptũ fuit, vt arcæ territorij Quitenſis viſitarentur, excepta arca illius ciuitatis, quę etiam cõmiſſa fuerat Viſitatori illius Audientiæ Regalis. Cuius munus obijt. Illuſtr. & eruditiſſ. D. D. Ioannes de Mañoſca, nunc Mexicanus Archiepiſcopus, vtinam Limenſis.

5 Non

5 Nõ minorem curã exigit in propoſito arcæ Potoxinæ Præpoſitorũ inquiſitio, quã cæterorũ, immo magis oculata; nam vbi maiorũ epularũ vberior menſa, ibi maius ſtomachi periculũ, vt Plautus ait, & vt eſt in vulgato iuris protoquio. *Vbi maius diſcrimen, ibi cautius eſt agendum.* Quod haud malè indicauit regia quædã epiſtola die 2. Decembr. ann. 1578 ibi: *Siendo, como dezis, tan importante à nueſtro ſeruicio y para el buen recaudo de nueſtra hazienda, q̃ los nueſtros oficiales de las Prouincias de las Charcas ſean hombres de confiança, por la mucha maquina que en la villa Imperial de Potoſi eſtà à ſu cargo, y vos deſde mas cerca podreis entender como vſan ſus oficios, y ſi es cõ la fidelidad q̃ conuiene, tendreis cuidado de darnos ſiempre auiſo de lo q̃ en eſto entendieredes, q̃ en lo q̃ toca à los oficiales paſſados, ya ſe ha hecho juſticia.*

6 Modus autẽ obſeruatus in hũc vſque diem, circa viſitationem huius arcæ, ſerie temporum variatus eſt; nam etſi D. D. Franciſcus à Toleto Calculatorem Auguſtinum de Zarate ſtrenuum virũ ad illud munus nominauerit, poſtea cap. 24. eiuſdem epiſtolæ nuper citatæ, ei fuit præceptũ, vt eã ipſe perageret, vtens opera, & induſtria cuiuſdam Auditoris ab eo eligendi, qui de Audientia regali Argẽtina quotãnis exiret ad hanc viſitationem, & rationũ cõfectionem, virorum monetalium ſyndicatũ. Sequẽtibus autem annis, gubernio Principis Schillacẽſis exigit neceſsitas, vt iuxta caput 28. ordinationum Regij Tribunalis Calculorum expediretur ad ſumendam rationem à vetuſtis, præſentibus, & nouiſsimis arcarijs, Alonſus Martinez de Paſtrana Calculator, & ob vitãdã pluralitatem miniſtrorum, eodem tendentium, & ſumptus duplicatos, ei fuit delegata ſyndicatio. Quæ poſtmodũ iniuncta fuit tempore D. Comitis de Chinchõ, Viſitatori dicti Senatus. Sed Deus bone! quales, & quantæ vires integritatis, peritiæ ſummariæ fortitudinis, ac fixæ ſanitatis deſiderantur in exercitio cliuoſo tanti muneris! vbi Regij tot debẽtur milliones, *vbi non tam iure, quã arte opus eſt*, vbi fideliũ ſubadiuuarũ exilis annona, vbi rigor iuris cedere cogitur æquitati cerebrinæ, vbi tandẽ periculoſum implere numeros recti, purique iudicis, vbi cõcipere animo vix poſſumus, quàm certa fatigatio, & calũnia, & vt vtar Plinij ſecundi verbis epiſt. 104. *Vbi circa exactionem toties agendũ toties altercandum tam multi teſtes interrogãdi, ſublevandi, & refutandi.* Proſequitur Raudenſ. conſ. 48. n. 139 & 140. cum Leonino conſ. 57. num. 4. Neuizan. conſ. 76 n. 7 pag 630. Nam vt patet ex Innocent. in cap. qualiter & quãdo: *Recti officiales, & iudices plures venantur inimicos, & ſunt tanquam ſignũ ad tabernam, ac veluti ſcopus ad ſagittã, quos maxime curæ, moleſtiæ, vexationes circũfodiũt, cũ omnibus expoſiti eſſe cogãtur*, inquit Follerius in Neapolit. conſtit. ad hoc volentes, columm. 1. fol. 177. Præſertim cùm in remotiſſimo tractu exactiſsima fides, puræ manus, merus iuſtitiæ adminiſtrandæ zelus, in ipſum Auctorem, & adminiſtrum (proh dolor) conſpirent, adeò vt aptiſsimè vſurpari liceat, quod in ſimili prudens, expertuſque monet Salluſtius, de bello Iugurth. *Fruſtra autem niti, neque aliud ſe fatigando, niſi odium quærere, extremæ dementiæ eſt.*

7 Quamquam ſi quid mei iudicij eſſet hac in re nuſpiam, ego conueniens iudicarem tempus, nec papyrũ conſumere in ſyndicatu officialiũ arcæ Regalis, ac iudicio & cenſura de moribus, & adminiſtratione benè, aut perperam ab illis operata; nam id eſt oleũ, & operam perdere,

ſed

ſed ſolùm in confectione calculorũ finalium, quos reddere tenentur quotannis. Optimè enim, ac rectè diſpunctis rationibus accepti, & expenſi à perito, integro, & experto Cõmiſſario detegũtur fraudes, vſurpationes, reliqua, & debita, quæ ſtatim exigi debent, & in arcã immitti: cætera ſolùm ſpectant ad vtilitatem inmodici ſalarij Viſitatorum, quod plerumque arca ſoluit, vti condemnata: exhauriũtur officiales ſumptibus, & expẽſis, & res dominica, & Regiũ ærarium, nihil lucratur, quàm in dies ingrauari, & imminui. Quæ rationes, & aliæ non leues aptantur à Maſtril. & Ponte, vt viſitationes iſtæ in quodcũque Tribunal, non prius decernãtur, quàm cæteris remedijs non ſufficientibus, in qua ſententia eſt magnus noſter D. Ioan. de Solorzan. lib. 4. de Indiar. Gubernat. cap. 20. vbi meminit egregij apopthegmatis D. Proregis Marchionis de Mõteſclaros, qui dicere ſolebat. *Has viſitationes inſtar turbinis in plateis vento excitati ſibi videri, cùm is puluerem, & paleas humi iacentes remoueat, & eleuet ſuper capita: & viſitationes ſimiliter humiles quoslibet plebeios, & flagitioſos, qui veluti puluis, & ſtercus Reipublicæ iacebant iudicibus, qui ſunt, & eſſe debẽt eiuſdem Reipublicæ capita ſuperponant.* Quæ vel ex eo aptè, & eleganter, ac veriſſimè dicta exiſtimo, quod grauia, ac alicuius ponderis nunquam excitãtur hoc turbine, ſed ſuo loco ſemper concidunt intacta. Nouit hæc optimà ſtrenuus Viſitator Prouinciæ Beticæ Plinius ſecundus, qui exitum deſcribens ſuæ viſitationis, turbinem etiam indigetauit iudicium illud cenſorium, ibi: *Protexi viros optimos, eoſdẽque gratiſſimos mihi certè debere ſe prædicant, quod illum turbinem euaſerint.*

8 Qua propter conſulens Imperator Iuſtinianus, & ærario, & officialibus ne maximis ſumptibus vexarentur, cauit vt vicinoribus magiſtratibus iniungeretur cura exigendi ab illis, quidquid ei deberetur inferri. Nouel. 25. de Prætor. Licaoniæ cap. 6. *Sed et ſi quos vicinarum ei Prouinciarum Præſides, circa tributariam rationem negligentes inueneris, non aliũ emittes, ſed ipſos fatigabis, vt vicinarũ Prouinciarum Præſidibus ſi ſocordiæ ſe dedant immineant, & procurent quo magis ea omnibus in publicum modis inferant.* Et nouell. 26. de Comite Iſauriæ in epilogo idem repetitur.

9 Hi quæri ſolet, vtrùm officialis nullo ſalario donatus teneatur ſubire ſyndicatũ, & reddere rationes? nã prima facie videtur incõmodis, & grauaminus officij affligi nõ debere, qui commoda illius non recipit ex vulgato axiomate, de quo D. Velaſco, & Barboſa, & regula, *qui non honoro, non onero*, l. 9. C. de fideicõmiſſ. l. 6 in fin. de legat. 3. Vacon. 4. declarat. 55. Petra, de fideicommiſſ. quæſt. 5. n. 71. & ſequentib. l. commodato, §. Sicut, l. nam & ſeruus, §. Si viuo, cõmod. Bar. in l. ſi pupilli, §. Videamus n. 1. in principio de negot. geſt. Farinac. conſ. 150. n. 49.

10 Sed ſtat in contrarium quoddam caput Regiæ epiſtol. ad D. D. Franciſcum à Toleto die 30. Decembr. ann. 1571. ibi: *Y en quanto à eſto ha parecido, que auiendo los dichos oficiales aceptado los Regimiẽtos, y oficios, eſtàn obligados à dar ſu cuenta como los demàs oficiales.* Ex eo enim quod acceptarũt officium, quaſi contractus interfuit ſe ſubijciendi grauaminibus ab eo pendentibus, l. 3. §. Idem ſcribit, D. de peculio. Nã agnoſcẽs quilibet rem, ſeu legatum, illud vel inuitus accipit cum ſuo onere appendice, l. vnic. §. 10 verſ. In his itaque, C. de caducis tollendis, Donell. lib. 7. comment. cap. 12. Gomezius 1. reſolut. 10. numer. 43. de cuius, verſ. Pugna cum

cum §.in primo 3.eiuſdem legis, ibi: *Nullo grauamine*, deleta diſtinctione legatorum habitorũ pro non ſcriptis, quæ reſpuunt onus, & hæreditatum, quibus portio pro non ſcripta cũ ſuo onere accreſcit, iuxta interpretationem, Bart. in l. re coniuncti n.94. de legat.3. Duar. lib.2. de iure accreſ. cap.2. Lorioth. in tractat. de coniunctis axiom.66. pro vera interpretatione videndus eſt, Cuiac. in l. ſi duobus, §.1. de legat.1.

11 Rurſus animaduerti oportet ſyndicatum arcarum Regalium, & earum prępoſitorum cõprehendi in caſibus guberni j, qui reſeruati ſunt arbitrio Domini Proregis, abſque eo quod Regius Senatus ſe poſsit intromitti, ſiue per appellationem, conſultationem, nullitatem, exceſſum commiſsionis, ſeu aliam viam. Nam omnia hæc pertinent ad iudicium maioris adminiſtratoris, & ſicuti regulariter appellatio, non procedit à Commiſſario, niſi ad commitentẽ, cap. ſuper quæſtionum 27. §. portò de offic. deleg. cap. ſi duo ex tribus, cap.3. eodem in 6. Petrus Gregor. in ſintagmat. part.3. lib.47. capit.22. num.19 Anton. Faber. in C. Fabriano lib 7. tit 26. diffin.30. ex l.1.2.& 3. quæ apertè id probant, D. quis à quo appelletur Goucan. lib.1. variar. capit.46. Vacon. lib.6. declar. cap. 239. Alciat. lib.6. Paradox cap.5. colum. 1. Guid. Pap. quæſt.436 ſingularis textus in l. Imperatores 21. §.1. D. de appellat. & conſult l. vnica, C. qui pro ſua iuriſdict. iudices dare. Morl. in empor. iur. tit.2. in præludiis nu.90. Quintan. Dueñas de iuriſdict. & imper. lib.2. cap.7. num.29. & ſequentibus. Ita ſimiliter ad D. Proregem dantem iudicem Viſitatorem arcæ Regalis, interponenda erit appellatio quoad interlocutoria grauamina, quamuis quoad condemnationem ſalariorum, & diffinitiuam ſententiam, quam ferre prohibetur viſitator, citatis reis teneatur cauſam originaliter remittere ad Supremum Concilium Indiarum, iuxta tenorem dictæ ſchedulæ anno 1627. Vnde conſueuerunt Domini Proreges, vt excludant Regias Audientias à cognitione grauaminum dictorum Viſitatorum, & ne finis, & ſcopus huiuſmodi ſyndicatus variis tergiuerſationibus, & prouocationibus impediatur, & ſimul exactio reliquationum, quæ Regi debentur conficiatur, illam clauſulã inſerere in codicillis, & commiſsionibus. *Y por quanto ſu Mageſtad me tiene cometido el poder viſitar, y caſtigar los Oficiales Reales de las caxas de eſte Reyno por los delitos, y exceſſos que hubieren cometido en el vſo y exercicio de ſus oficios todas las vezes que me pareciere cõuenir: y eſtas viſitas ſon cauſas de gouierno, y podria ſer que en la continuacion della los dichos Oficiales Reales, y demas culpados intentaſſen apelar para eſta Real Audiencia de algunos autos que proueyeredes contra ellos en la dicha viſita, con fin de impedir la execución della. Y para que no ſe pueda eſtoruar, y ceſſe eſte inconueniente, y ſe cumpla con lo que ſu Mageſtad tiene mãdado en eſta razon, deſde luego (ſiendo neceſſario) declaro eſta viſita por caſo de gouierno, para que la dicha Real Audiencia no pueda conocer de ella, aſsi en grado de apelacion, como en otra qualquier via, ni manera.* Sic D. Marq. de Guadalcazar in commiſsione D. Franciſci de Cordoua, in officiales arce Trugillenſis an.1626. cuius ſyndicatus poſteà in tempore guberni j. D. Comitis de Chinchon an.1636. mihi indigno fuit delegatus, & viſitationem, & Calculos ſeptem annorum tribus duntaxat menſibus diuinis auſpiciis finiui. Quem caſum meri gubernij eſſe, non malè euincitur ex ordinatione 20. primarum dicti Tribunalis, ibi: *Se dará noticia à los dichos mis*

*Vir-*

*Virreyes, y Preſidente, en cuyo diſtrito eſtuuieren los dichos nueſtros oficiales, para que lo aueriguen, y les conuengan, y en lo que por eſta razon fueren condenados, ſe les haga cargo de ello en ſus cuentas.*

12. Reſtat hìc animaduertere, quòd cùm hucuſque vſitatũ fuerit, vt prædictus viſitator, ſimul fungatur mùnere diſcuſſoris, vel Calculatoris, ſaltim, vt ſumat *Tãteum*, cuius ſubſtantiam ſuo loco explicauimus, non ad aliud Tribunal, appellabitur, quàm ad Tribunal Regium Calculorum incontingentibus rem ſummariam, à quo dimanat commiſsio, & delegatio ſubſcripta in primis à D. Prorege vti Præſide dicti conuentus & ab adminiſtris illius, iuxta ordinationes Regias, præcipuè 24. & 25. primarũ, quibus huius calculi reuiſio illis cõmiſſa eſt. Facit textus ac commodatiſsimus in l. cùm poſt 26. C. de appellat & conſultat. ibi: *Cùm poſt ſententiam diſcuſſoris fuerit pronocatum, ad ſinceritatem tuam negotium trãſferatur.* Quæ directa eſt ad Pelagium Comitem rerum priuatarum, cui æquiparantur *los Contadores mayores de Cuentas*, Gregor. Lopez in l. 11. tit. 20. part. 3.

13 Cætera quæ offerri poſſunt (ne longum agamus) continentur in inſtructione ſolemni, quæ dari ſolet viſitatoribus arcarijs, de qua in fine lib. 2. part. 3.

## CAP. XXII. CASVS XIX.

### De munere reddendarum rationum adminiſtrationis Regiæ Gazæ, ac bonorum Reipublicæ.

*De la obligacion de tomar quentas à oficiales Reales, y la que ellos tienẽ de dar la todos los años: y aſsimiſmo los adminiſtradores de hazienda publica.*

IN reddendis rationibus, ac expenſi, & accepti calculis ineundis, conſiſtit Lydius lapis adminiſtrationis fidelis, & quoniam niſi eſſet ſupremæ curæ ad id cogere adminiſtros, paucisſimi eſſent arcarij, qui iniuſsi, & ſpontanei illud munus oneroſum ſubirent, quando imperium diuini præcepti neceſſe fuit, vt ſtringeret adminiſtratores, ibi: *Redde rationem villicationis tuæ.* Luc. 6. capit. 16. cap. qualiter & quando el 2. de accuſat. l. rationes l. aduerſus, C. de adminiſtrat. tutor. l. 1. §. Officio de tutel. & rat. diſtr. l. cùm ſeruus de condit. & demonſtrat. latè Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 3. caſ. 209. De quo fuſius in l. 2. agemus. Ideo commendatum eſt Dominis Proregibus, vt in ſua dictione vnuſquiſque curet, vt rationes reddantur ab arcarijs, ſtatutis temporibus, & mittantur in Hiſpaniam, quæ quidem cura, & iuſſus verè Regius eſt, nullique incumbit, niſi ipſi Principi, vel ei qui vicem ſuam, & locum obtinet in longinqua Prouincia, l. nemo 4. C. de diſcuſſor. lib. 10. ibi: *Nemo fiat diſcuſſor, aliter quam ex iuſsione Principis, ſpecialiter diſcuſſoris faciente mentionem*, & ibi: *At Princeps, ſiue ex ærario pecunias miſerit ad mœnium, vel alterius operis conſtructionem, ſiue ab alio relictas ciuitatibus pecunias inuenerit, vel etiam ſæpius cùm ei ſederit animo mittat diſcuſſorem, qui opus admetiatur, & rationes petat exactè, & ad ſe referat.* Sic in præceptis epiſtolicis emiſſis ad D. Proregem D. Franciſc. à Toleto. *Agradezcoos mucho el cuidado con que vais mirando el remedio de las coſas de nueſtra hazienda, y lo que nos aduertis, que conuiene mirar en los oficiales que para ella ſe proueen, y en auer ordenado, que ſe tome reſidentia a los oficiales, y depoſitarios de bienes de difuntos en algunos pueblos, y de auer cometido al Licenciado Altamirano las cuentas del Cuzco, que todo eſtà aſsi bien, 6.* de Febr. anno 1571.



UNED

Et in alia epiſt. 27. Februar. an. 1575. capit. 89. *La relacion que dais delas perſonas, y calidades de los oficiales de nueſtra Real hazienda, à quien aueis tomado cuentas, y las partes adonde ſerà bien, que los vnos, y los otros acudan à dar la cuẽta, y razon de ſus oficios, ha parecido bien.* Caput etiam 26. epiſtol. ad D. Comitem del Villar 8. Martij ann. 589. ibi: *Bien aueis hecho en embiar las cuentas de los oficiales de mi Real hazienda de eſſa ciudad, de los años de 86. y 87. y el tanto de las que el Doctor Artiaga tomò a los oficiales de Guamanga, y mandarè que luego ſe vean.* Et in cap. 7. eiuſdem epiſtolæ, ibi: *Eſtà bien el auer mandado tomar las cuentas de mi Real hazienda à los oficiales deſſas Prouincias, y cometido lo de las Charcas à Iuan Ortiz de Zarate, cõ lo de la viſita del Potoſi, y de mas de que me embiareis relacion de lo que de lo vno, y de lo otro huuiere reſultado, continuareis en el cuidado de las cuentas, para que ſe embien cada año, como eſtà ordenado.*

2 Inſuper extat Regia ſchedula, data die 12. Aprilis ann. 1626. qua præcipitur D. Proregi, vt iubeat quotannis emitti rationes deſumptas à Regio Tribunali Calculorum. Eodõ tendit Regia epiſtola, ſeu ſchedula, ann. 627. die 30. Martij, qua iuſſum fuit, vt officiales Regij ſingulis annis redderẽt rationes, & Calculatores eas ſumerent ſub pœna amiſsionis ſalarij, & alia 10. Aprilis anno 628. Item alia ſchedula die 18. Decembr. anno 630. quæ locuta cum D. Marchione de Guadalcazar, recepta fuit ab Excellentiſsimo Comite de Chinchon, & iuſsit exequi ſchedulam amiſsionis ſalarij, ſi ex inde rationes diſpunctæ non mitterẽtur, ſiquidẽ creatione, & augmẽto additorum officialium, nempe Calculatorum *de Reſultas*, omnis excuſatio ceſſabat. Conſonat alia, eidem Comiti expedita die 5. Aprilis an. 1630. quinque capitibus, in quorum primo illi commendatum eſt, vt calculi anni præſentis in ſequenti ſumerentur. In ſecundo, vt nominarẽtur perſonæ, quæ præteriti temporis rationes finirẽt vnius anni curriculo. In tertio, vt dictus Dominus Prorex præſcriberet tempus, quo illud opus incipere deberet, & ne perciperent ſalaria, tam Calculatores, quàm Rationales, qui deſides extitiſſent. In quarto, quòd Calculatoribus *de Reſultas* nouiter creatis, incumberet onus ſumendi, & finiẽdi calculos annorũ præteritorũ, amiſsionis ſalarij pœna, qui contra faceret ſtatuta. In quinto, quòd Calculi arcæ Potoxinæ deſumerentur ſingulis trienniis à Calculatore, qui iuxta ordinationẽ 28. dicti Tribunalis deberet proficiſci ad illius viſitationem, & ſyndicatum, idemque exequeretur quoad arcas ad viam interiectas.

3 Nec ad exercitiũ huius poteſtatis neceſſaria fuit vſpiam D. Proregi noua cõmiſsio, ſeu mandatum regale; nam ea exercetur, virtute mandati ordinarij, & generalis, ſic declaratum fuit in cap. 48. cuiuſdam epiſtolæ Regiæ ad D. D Franciſc. à Toleto, Pardi 1. Decembr. ann. 573. ibi: *Y en lo de la comiſsion que pedis para en los caſos neceſſarios, parece que para tomar las cuentas, y viſitar los oficiales, y executar los alcances, no teneis neceſsidad de comiſsion, y baſta el poder que teneis.*

4 Nec inſolens, id munus humeris moderatoris Prouinciæ impoſitum, ſiquidem omni æuo id conſuetum fuiſſe cõſtat. Et Plinius teſtatur epiſt. 20. lib. 10. ibi: *Rationes autem in primis tibi rerum publicarum excutiendæ ſunt; nam eſſe eas vexatas ſatis cõſtat.* Et dicto lib. epiſt. 18. ad Trajanum, ibi: *Nunc Reipulicæ Pruſenſium impendia, reditus, debitores, excutio, quòd ex ipſo tractu magis, ac magis neceſſarium intelligo.* Et eodem lib. epiſtol. 29. ibi:

*Cùm*

*Cùm vellem Domine Apamea cognoſcere publicos debitores, & reditum, & impendia, reſponſum eſt cupere quidem vniuerſos, vt à me rationes Coloniæ legerentur, &c.* l. de his 26. C. de Epiſcop. audiẽt. ibi.: *Et qui cæteris præſtant in ea ciuitate, ac ſingulis annis inſpiciant opera facta, & curent, vt mentiantur, & rationem conficiant, qui ea adminiſtrant, aut adminiſtrauerunt.* Nouell. 30. de Proconſ. Cappadociæ. cap. 8. ibi: *Et procurabit, vt ſecũdùm legem noſtrã ratiocinia conſcribantur, & tam Tamiaca, quàm ciuilia inſumantur.* Nouell. 128. de Collator. & alijs capit cap. 16. ibi: *Singulis annis impletis ſanctiſsimum Epiſcopum, cum quinque primatibus ciuitatis rationes exigere eos, qui ab ipſis ordinati ſunt, & ſi quid ex talibus ratiocinijs apparuerit debitum, aut remanſiſſe, exigi huiuſmodi diſpẽſatores.* Et in edicto 13. Iuſtinianeo cap. 21. iubentur ratiocinia cõfici ſeparatim, & diſtinctæ cuiuslibet menſæ, ibi: *Cæterùm neque portoriorum, neque priuatæ, publicæve, Tribunalis excellentiæ tuæ menſæ rationes cum dicto Lybicorum limitum magiſtratu, & exactione, &c.* l. 25. tit. 9. part. 2. ibi: *E deben todos eſtos oficiales dar cuenta al Rey cada año*, & ibi Gregor. Ioan. de Platea in l. ſiue ex Prætorio, C. de execut. & exact. lib. 12. per illum textum.

5 Hæc eadem cura, quæ exquiritur in Gubernatore quoad rem dominicã, & Regiã, extenditur quoad publicã rem, & vti Reipublicæ pater tenetur iubere, vt ratiocinia bonorum ciuitatis, & redituũ publicorum conficiantur, & reddantur ſingulis annis, & trãſmittãtur ad ſupremum Indiarum Conſilium Regia ſchedula, data Matriti die 26. Maij anno 1573. libr. 1. impreſſ. fol. 77. l. 9. tit. 19. part. 3. ibi: *Otroſi dezimos, que en cada ciudad, è cada villa ha de auer otro regiſtro en que eſcribã todas las cuentas de ſu Conſejo, para ſaber quantas ſon; porque ſi el Rey quiſiere demandar cuenta de como fueron expendidas, que lo pueda ſaber por alli*, & ibi Gregor. gloſſ. 7. vbi citat cap. 30. Prætor. & l. 22. tit. 6. libr. 3. Recopilat. Iuxta illud Traiani reſcribentis ad Plinium ſecundũ lib. 10. epiſtol. 20. de quo nuper, ibi: *Rationes rerum publicarum in primis excutiendæ ſunt*, facit ordinatio huius Limenſ. Senatus 50. in ordine. Prætereà poteſt cogere quoslibet adminiſtratores ad computũ huiuſmodi reddendum. Auend. in cap. Prætor. 2. part. cap. 10. num. 33. Burg. de Paz in l. 3. Tauri num. 451. Bobad. in Politic. lib. 3. cap. 3. num. 35. & lib. 5. cap. 4. num. 1. Caſtillo in l. 27. Tauri de ratione reddenda. Villadiego in Polit. in cap. 5. inſtructionis fol. 142. à num. 1. vſque ad 93. ad explicationem l. 23. tit. 6. lib. 3. Recopil. vbi Azeuedus, adeò vt nõn obſtante appellatione reliquatio exigatur, auth. de ſantiſsim. Epiſcopis, §. Oeconomus, collat. 9. Caſtillo in d. l. 27. Tauri facit l. 2. tit. 21. libr. 4. Recopil. Villadiego vbi ſupra num. 58. in fine.

## CAP. XXIII. CASVS XX.

### De Taxa mercium nauigabilium ad deductionem tributi, ſeu illationis, vulgò nuncupatæ Almoxarifazgo.

*De la taſſaciõ de mercaderias nauegables para la deducciõ de los Reales derechos del Almoxarifazgo, y de las vituallas.*

1 Mercium, & omnium venalium taxationes competũt D. Proregi vti maiori adminiſtratori, l. 1. §. Cura carnis de officio Præfect. vrb. l. annonam 6. de extr. crim. Auiles in capit. Prætor. cap. 17. verb. *A razonables*, num. 5. Didacus Perez in l. 6. tit. 1. lib. 2. Ordin. Bobadill. lib. 3. Politic. capit. 4. num. 62. citat plures D. Larrea alleg.

alleg. fiſc. 56. num. 11. Vt iuxta eius taxam, de quauis merce Hiſpanica deducatur Regius Almoxarifazgus ad rationem quinque pro centũ maioris valoris aucti in Perubico tactu iuxta Regiam ſchedulam Pardi, die 1. Nouembr. anno 1591. & aliam S. Laurentij, die vltimo Auguſti, ann. 1613. Id quod pendi toties præcipitur, quoties iteratur inuectio earundem mercium naualis, cap. 15. inſtructionis, circa exactionem huius membri, datæ die 28. Decembr. ann. 1568. lib. 3. ſchedul. impreſſ. fol. 451. l. 22. & 23. 24. & 26. lib. 9. Recopilat. Euia in Labirint. libr. 3. cap. 7. numer. 25. Greg. in l. 25. tit. 9. part. 2. Caued. deciſſ. 46. num. 6. part. 2. D. Alfar. de officio fiſc. Gloſſ. 20. §. 1. & 2. D. D. Ioann. de Solorz. qui plures citat. de Indiar. guber. lib. 4. cap. vnico, num 52. Nouiſsimè Aſchaffenbur. in conſ. pro ærario, claſ. 16. ord. 1249. Precium ex æquo, & bono finiendum ductu prudentiæ pro ratione cauſarum, & temporis Franch. deciſ. 9. Franciſc. Marc. deciſ. 209. part. 2. Marta in Digeſt. nouiſ. verbo *annona*, cap. 2. Eleganter Caſsiod. 7. var. 11. *Comercia ciuibus ſecundum temporum qualitatem æquabili moderatione diſpone definita, ſerua quæ iuſſeris, quia nõ eſt labor vendendi, ſummas includere, niſi ſtatuta pretia caſtiſsimè cuſtodires.*

2 Dedit formam his taxationibus D. D. Franciſcus à Toleto circa maius precium Limæ incundum, quàm Panamæ fuerit ad deducenda dicta quinque pro centum maioris valoris mercium adductarum, aduocatis ad ſe, & cõſultis regijs rationalibus arcæ Limenſis, vnaque fiſci patrono, & duobus mercatoribus ab ipſo Prorege nominatis. Quid in vnum conuenientes ſub iuramento taxam facerent precij cuiuſque ſpeciei mercalis, vt ſic debita cura, & ſine fraude ea cõficeretur, æqua cunctis bilance, iuxta ſchedul. 12. Iunij, anno. 559. & aliam 10. Aprilis, ann. 1610. Curantes omnes, vt ex tribus precijs, maiori, medio, & minori, mediũ eligeretur, quo merces æſtimaretur intra retro proximos triginta dies. Regia ſchedul. data die 22. Decemb anno 579. & alia 24. Ianuarij, ann. 1580 D. Solorz. d. loco num. 59. *medium* enim *tenuere beati*, & in dubio media via eſt eligenda Erſiſcundorum more, vel vrgente exẽplo in bipartito puero iudicij Solomonici, vel iuuante Dedaleo præcepto in curripetam Phaetontem *Medio tutiſsimus ibis*, l. Titius, vbi Alexãd. ad Trebellian. Raudenſ. conſ. 53. num. 104. Donell. lib. 6. Comment. cap. 14. per text. in l. 3. Si pars hæred. petat. §. vlt. Quibus ex cauſis manumit. §. Cùm ex aliena materia inſt. de rer. diu. Singul. text. in §. ſi quis agens inſt. de act. ibi: *Diuerſa habent precia.*

3 Hodie tamen quod in praxi circa huiuſmodi taxationes cuſtoditur à D. Prorege, illud eſt, nempè vt in Conſilijs rei familiaris, vulgò. *Acuerdos de hazienda*, ſtatuat, & taxet precia, præcedentibus probationibus teſtium, factis, & receptis ab officialibus Regis, circa verum, & communem valorem præfixendum, iuxta ſchedulam miſſam ad D. D. Ludouicum de Velaſco Proregem Nouæ Hiſpanæ, ann. 1543. de qua in 3. tom. impreſſ. fol. 470. ibi: *Iuntos determinareis los precios, y vos los boluereis à los dichos oficiales Reales de la Vera-Cruz, con prouiſion para que ellos executen, ſin que ſobre ello ſe admita apelacion à los intereſſados para la dicha Audiencia. Y mando à los de ella, que para el dicho efeto ſe junten con vos ſiempre que les hizieredes llamar, y den ſus pareceres; y que tomada alli reſolucion, no admitã apelacion, que para la dicha Audiencia ſe interponga.*

4 His breuiter enuntiatis circa eſſatas mercium taxationes propter conſonantiam materiæ, tranſitus breuis ſit ad taxationes victualium, quæ etiam ſunt arbitrij, & iudicij D. Proregis. Camill. Borrell. de magiſtrat. edict. lib. 3. cap. 14. num. 119. ibi: *Taxam quam Prorex, & Collaterale Conſilium, &c.* Et licèt quarundam ſchedularum vetuſtarũ virtute, quas refert D. Ioan. de Solorz. lib. 4. de Indiar. gubern. cap. 1. num. 19. iudices ordinarij, vulgò *Alcaldes*, in hac Ciuitate Limenſi conſueuerint taxationes facere rei annonariæ; tamen D. Proregi iniunctum eſt, vt pro arbitrio, eas committat Quæſtoribus, vel Alcaldis criminis Regiæ Audientiæ ad exemplum, *de los Alcaldes de Corte de Madrid*, de quibus in l. 9. tit. 6. lib. 2. Recop. Bobad. lib. 2. cap. 16. num. 162. Maſtril. de magiſtrat. lib. 3. cap. 4. numer. 76. D. Valenz. Velazquez, conſ. 99. numer. 17. D. Caſtillo, de tertijs, capit. 31. num. 161. Et ſchedula Regalis, qua illud committitur, tranſmiſſa fuit ad D. D. Garciam de Mendoça. Matriti die 12. Februar. anno 1591. quæ inſerta eſt aliæ Regiæ ſchedulæ ad D. Marq. de Guadalcaçar, die 28. Maij, ann. 1621. ea ratione, ibi: *Porque por ſer intereſſados los Alcaldes ordinarios, y Regidores en eſtas cauſas, ſuelen cometer muchos fraudes en daño de la Republica.* Quare, vt euitẽtur damna in tenues profluentia, ſummè commendata videtur à Caſsiod. 11. variar. cap. 11. ibi: *Venalitas victualium rerum, temporis debet ſubiacere ratione, vt neque in vilitate charitas, neque in charitate vilitas expectetur, ſed æqualitate perpenſa, & murmurementibus, & grauamẽ querulis negotiatoribus auferatur; atque ideo trutinatis omnibus, & ad liquidum calculatione collecta, diuerſarum ſpecierum precium ſubter affiximus.*

## CAP. XXIV. CASVS XXI.

### De vera portione, quæ pendi debet Regio Ærario de Theſauris ſepultis, & inuentis in terris Peruanis.

1 SCitum eſt, theſaurum eſſe de Regalibus Hiſpano iure, in quocumque loco inueniatur. Sixtinus de Regalibus, cap. fin. Molin. de Hiſpanor. primog. lib. 1. cap. 23. Couarr. in reg. peccatum 2. part. §. fin. Gomez in l. 45. Tauri, numer 51. Barboſ. in l. Fructus aliter diuortio, §. Fundum, numer. 25. D. ſolut matrim. Caſtillo de tertijs, capit. 41. num. 113. Maſtril. de magiſtrat. lib. 3. cap. 10. ex numer. 316. Caued. 2. part. deciſ. 756. D. Ioann. Baptiſt. Larrea, in 1. tom. deciſ. Granat. diſp. 44. numer. 37. Gutierrez lib. 4. pract. quæſt. 36. per text. in cap. quæ ſint regalia in vſibus fœudorũ. Quæ autem pars inuenti theſauri præſtanda ſit Regi? tractant præfati Doctores ex l. 1. tit. 13. lib. 6. Recopil. & alij congeſti à D. Solorz. de Ind. gubernat. lib. 5. cap. vnico, à num. 36. Pichard. in §. Theſaurus, de rer. diuiſ. de quo nos fuſiùs, & forſam verius quòd attinet ad ius noſtrũ municipale in 3. part. Rurſus ſcire oportet, non omnibus licere theſuros inquirere, ſine permiſſu legitimo & debita licẽtia; & licet olim dominis fundi liberè permitteretur quærere theſaurum in ſuis terris, l. vnica, C. de theſaur. lib. 10. tamẽ alijs id permittere, & cõcedere ipſis dominis interdictum fuit, ex dict. l. retenta lectione, ibi: *Immò nec volentibus*, & ſpreta, Gotofredi manu emendatrice, & ratio

*De las huacas, y teſoros q̃ ſe hallan, y cauã en el Reyno del Perù, y la parte que dellos ſe debe à ſu Mageſtad.*

tio eſt, quia cùm in agrorum cultura publica vtilitas verſetur. l. æquiſſimum, § Inde eſt de vſufruct. ibi : *Si nihil culturæ nocebit*, l. 3. C. de ferijs, l. 1. C. de agric. & cenſit. lib. 11. l. 2. C. de nundin. l. 3. tit. 27. part. 3. l. 4. tit. 14. part. 5. & pragmatica, ann. 1619. ne aliqualiter poſſet agriculturæ nocumentum inferri, ſi abditas opes in quocumque loco alieno ex domini voluntate permitteretur inueſtigare, quia ex cupiditate hominũ, & auri ſacra fame, daretur occaſio, vt omnes agri euerterentur : in quo negotio vti publicæ vtilitatis, parũ profuit domini conſenſus. Vt D. Larrea ratiocinatur, dict. 1. tom. deciſ. Granat. diſput. 5. ex Forcat. dialog. 56. n. 5. Valaſc. de iure emphipt. quæſt. 15. & Oſuald. in Donell. lib. 4. comment. cap. 14. lit. D.

2 Opponit tamen recens Cantabriæ Papinianus text. in l. venditor. 13. §. Si conſtat. D. Commun. prædior. Vbi licèt Domino volente in eius fundo aliũ aperire lapidicinas, & cædere, ſed ipſe ſolerter occurrit, ratione differentię ex eo petita. *Non ſic ad quærendas lapidicinas, velut theſauros hominum cupiditatem impelli, nec idem nocumentum ex earum inquiſitione vereri*, præcipuè quia vt ait Platea in l. vnica, C. de theſaur. num. 6. effodi lapidicinas, & metallorum venas, publicam etiam vtilitatem reſpicit. l. Cuncti, C. de metallis lib. 11. quibus, & illa ratio ex noſtra penu addi poteſt, nempè metalla, & lapidicinas frequentiùs repetiri in locis inuijs, mõtanis, lapideis, nec ita culturæ aptis, & accommodatis aratro, ſemperque in ſuperficiẽ criſtas prorumpere, vnde abſque vaga, & incerta perforatione terræ poſſunt effodi facili negotio, ſine deſtructione, vel depopulatione vtilis terræ. Verùm hodie, ſiue in priuato, vel publico, aut regali loco generaliter cõcedi-tur metalla, & lapidicinas conquirere, l. 3. tit. 13. lib. 6. Recop. l. perpenſa, C. de metall. lib. 11. Crauet. conſ. 209. Alfar. Gloſſ. 20. num. 104. Sed duplici requiſito, primum conſiſtit in grauamine profitendi, & manifeſtandi theſaurum, l. 1. dict. tit. 13. l. Non ambigitur 3. §. vlt. D. de iure fiſci D. Alfar. dict. Gloſſ. num 109. vbi meminit ordinationum noſtri Regni. Secundũ requiſitum ſpectans ad ſuperiorem adminiſtrationẽ rei familiaris, eò tendit, vt nemo niſi D. Prorex poſsit dare licentiam excauandi theſaurum, & niſi ea petita, & obtenta, nullus poſsit eum quærere, ſeu effodere: in quam rem extat caput 21. epiſtolæ ad D. D. Franciſc. à Toleto, confirmans illius factum & reſeruationem ſibi factam huius facultatis, die Decembr. 1. anno 1573. ibi: *Haſe viſto como para euitar la deſorden que en los derechos de lo que ſe ſaca de las huacas ha auido con las licencias que los Corregidores han dado para deſcubrirlas, las aueis reſeruado en vos para no las dar, ſino con tiempo limitado, y otras condiciones, y con q̃ los nueſtros oficiales embiẽ ſobre eſtantes, lo q̃ no ſe ha hecho haſta aqui; lo qual eſtà biẽ, y aſsi lo guardareis.*

3 Iure tamen communi conſenſus Principis non fuit neceſſarius ad perſcrutãdos theſauros in fũdo proprio, vel alieno, qualis hodie deſideratur, ſi credimus Imperatori Leoni, in dict. l. vnica de theſaur. ibi : *Nemo in poſterum ſuper requirendo in ſuo, vel alieno loco theſauro, vel ſuper inuento ab alio, vel à ſe efuſis precibus pietatis noſtræ benignas aures audeat moleſtare, &c.* Cuius effati duplex reddi poteſt ratio. Prima, quia, vt in propoſito ait Donell. lib. 4. comment. capit. 9. quæ iure gentium licent, à Principe non impetrantur, & citat dict. l. vnicam. C. de theſaur. ibi: *Vt ſuperfluum ſit hoc precibus poſtulare, quod iam lege permiſſum eſt.* Dummodo damnum,

vel vitium loci non ſequatur, l. Fluminum 24. de damn. infect. ibi: *De vitio eius quid faciemus, & planè, vel Princeps adeundus eſt, vel ſi in prouincia fiat, Præſes prouinciæ.* Anton. Gomez in l. Taurina 46. numer. 1. Secunda autē ratio ex noſtra pharetra ex eo pēdet, quòd in theſauris inuentis in fundo proprio, vel alieno, Princeps olim nullam habuit partem, ſed totum priuatis reliquit theſaurum, vt qui duntaxat ſibi reſeruauit inuētū in locis nullius, veluti fiſcalibus, publicis, & Religioſis, l. nō intelligitur 3. §. fin de iur. fiſci. Forſan ob illam rationem Imperat. Leonis in conſtit. 51. nempè quoniam. *Qui alicubi reconditos latere theſauros ſciunt, dum alius laboribus ſuis gauiſurus, ſe autem fruſtra illos ſubdituros, illos inueſtigare negligūt.* Quæ quidē ratio vti mouit dictum Imperatorem ad reſpuendum lucrum theſauri cum fiſco partiendi, vocātem illud iniquum, ibi: *Iniquoque lucro fiſco donato.* Ita deterret Indos noſtros à detectione theſaurorū, quos ſciūt lucro Hiſpanorū, & Regis cedere, vt nullis artibus captari poſſint, immò nec vi impelli, aut flagellis, & cruciatibus, quibus aliquando in eos vſi ſunt eorū Præfecti, vel Proconſules, *victa re à cupiditate, quæ multas egregias res labefactat.* Vt ait idem Imperator.

4 Qui autem inuentum theſaurū non profitetur, vt Principi debita portio pēdatur, ex eo nihil reportare debet. Immò totum illum amittit cum altero tanto fiſco inferendum, dict. l. 3. §. fin. de iur. fiſc. ibi: *Totum cū altero tanto cogitur ſoluere*, dict. conſt. 51. Leonis, ibi: *Cæterum, ſi improbus eſſe neque quidquid repererit confiteri inuentor omne velit, ſed dolo, mēdacijs ex re reperta nonnulla detineat, in vanum tunc ille laborarit.* Conſonat cap. 44. arcariarū ordinationum regiarum, die 3. Iulij, ann. 1573. ibi: *Con que ſi algunas perſonas deſcubrieren el oro, plata, piedras, ò perlas, y coſas que hallaren en los dichos enterramientos, y no lo manifeſtaren, para q̃ ſe les aplique lo que cōforme à lo ſuſodicho les puede pertenecer, ayan perdido todo ello, y mas la mitad de los otros ſus bienes para la nueſtra Camara.* Et tanquam malitioſus, rerumque alienarū occultator, & fur, nihil omnino accipiat, ac totum beneficio loci domini cedat. dict. conſtit. in fine Alfar. d. Gloſſ. 20. n. 109. & nouiſsimè Doctor Amaia in dict. l. Vnica. C. de theſaur. libr. 10. omnino videndus. De vera portione, ſpectante ad Regem noſtrum in Indijs noſtris, nam quo ad eam hærere video Indianos interpretes, agendum alibi Deo annuente. Quid autem ſeruandum ſit circa theſauros ab Indis abſconditos, docet Salon. in 2. 2. D. Thom. quæſt. 66. art. 5. de theſaur. abſcondit. Gutierr. 4. Pract. quæſt. 36. numer. 9. nempe, vt illis, vel eorū ſucceſſoribus reſtituantur, quòd eſt iuxta caput quoddā inſtr. arcariæ, an. 1573. c. 4. ibi: *Con q̃ por eſto no ſeā defraudados los Indios en lo q̃ ellos tuvierē por ſuyo, para lo tener guardado, por ſuyo, por reſpeto, ò por miedo de los Eſpañoles.* Hoc enim in caſu dominus retinet dominiū, nec aliud operatur ſubterranea cuſtodia, quā depoſitū quoddā, terrę cōmendatū, vt quæ fidelior ſit cuſtos, & arca ſecurior, quā hominis fiduciaria manus ad ſeruādas opes alienas. Argum. l. à tutore de rei vind. l. fin. de vſufr. adeò, vt non cedat imptori theſaurus repertus in agro vendito, & nato ab eo cū mala fide, quo ſpectat Flaccus, lib. 2. Satyr. 6.

*O ſi vrnam argenti ſors, quæ mihi monſtret, vt illi*
*Theſauro inuento, qui mercenarius agrum*
*Illum ipſum mercatus, arauit diues amico*
*Hercule.*

## CAP. XXV. CASVS XXII.

### De compoſitionibus, venditionibus, auctionatu, diſtributionibus, & alijs titulis, quibus obtinentur terræ Peruanæ, præcipuè dictæ Hiſpanæ de Realengo, & de conceſsionibus earum, quæ Reipublicæ, & Indis ſunt aſsignatæ.

*De las cõpoſiciones ventas y remates de tierras valdias, y Realẽgas ſeñalamiẽto, y diſtribuciones de ellas, y de las que competen à lo publico, y à los Indios, en comun, y en particular.*

1 PRoregalis muneris eſt cogere ſubditos ad exhibitionem titulorum cuius virtute potiuntur rerum de fonte Regali, veluti officiorum, Commendarum, tributorum, ac terrarum tractus Peruani, & cæterorum ſuæ ditionis. Boer. deciſſ. 8. Auendaño de mãdat. Princip. capit. 1. numer. 7. Valaſco de iure emphit quæſt. 8. num. 21. ad fin. Caued. 2. part. deciſſ. 15. num. 3. quibus addendus nouiſsimè. D. Ioann. de Solorz. lib. 2. de Indiar. guber. cap. 28. à num. 36. & lib. 5. capit. vnico numer 63. Ex hoc principio (vt ſubſiſtamus in tractatu terrarum qui quotidianus eſt in noſtro Regno plerumque fluxus, & refluxus maioris adminiſtrationis continet) profluit praxis, & expeditio Regiarum ſchedularum, quibus præcipitur D. Proregi, vt cogat agrorum poſſeſſores titulos ſuæ poſſeſsionis oſtendere, iuxta caput 20. Nouembr. ann. 1578. lib. 1. impreſ. fol. 68. ibi: *Y que aſsimiſmo exhiban los titulos.* Et iubere, vt nouiter rementiantur, & viſitentur, vt ad venditionem, vel compoſitionẽ vacui, vel vſurpati deueniatur. Vbi repetitis principijs, & per caſus diſtinctos qua potuerim breuitate procedam, vt tota materia percipiatur.

2 In proemio inquiſitionis & capitulationis initæ, cum D. D. Franciſco Pizarro data fuit ei facultas diſtribuendi terras inter conquiſitores, & ædificatores, quæ poſtea fuit extenſa Regia ſchedula 21. Maij an. 1534. vt idem poſſet facere cum incolis, qui poſt conquiſita loca voluiſſent ea inhabitare, id quod continetur in ſolemni Proregum instructione Regali, in cap. 27. ibi: *Para que lo hagan con voluntad, les ayudareis, y dareis tierras, è ſolares, è hareis las otras comodidades que os parecieren conforme à la diſpoſicion de la tierra que ſe poblare, con que no ſea a coſta de mi hazienda, ni con daño, ni perjuizio de la tercera.* Et hæc facultas in hunc vſque diem perdurat illæſa, & in viridi obſeruãtia, nec derogata nouiſsimis ſchedulis, quæ his tẽporibus expeditæ ſunt: nam illæ vt poſteà videbimus, non illam cohibet quoad nouas populationes, & fundationes locorum recentiũ, vbi in præmiũ benemeritorum millitum, quorũ ope, & ſeruitio occupati ſunt, & acquiſiti Regiæ Coronæ, neceſſaria eſt, ſemperque fuit terrarum diſtributio, optimi guberni j ratione, Regia ſchedula, data Matriti die 17. Octobr. ann. 1535. lib. 1. impreſſ. fol. 66. l. Lutius 11. D. de euict. ibi: *Partim veteranis in præmia adſignatas.* (De cuius pugna, & pace, cum l. ſi fundus 33. D. locati. videndus eſt D. Amaia nouiſsimè in l. 1. C. de limitroph. lib. 11.) l. in agris 16. de acquir. rer. dom. ibi: *Vt ſciretur quid cuique latum eſſet*, l. agros 3. C. de fundis limitrophis, C. libr. 11. l. Omnes 8. & l. Nulli 13. C. de fundis patrimon. C. eod. Lucas de Penn. in l. Quicũque la 2. C. de omn. agro deſert. libr. 11. Cuiacius lib. 2. obſer-

ſeruationum, cap. 9. & lib. 19. obſeruat. cap. 7. Albar. Valaſq. quæſt. 8. num. 38. ad fin. & quæſt. 16. num. 10. Corofr. & Giſanius ad dict. l. in agris. Forcatul. dialog. 18. D. Amaia in lege. 1. C. de limitroph. lib. 11. Donell. lib. 4. comment. cap. 27. Oſuald. in Donell. d. lib. & cap. lit. F. D. Ioann. de Solorz. de Indiar. gubernat. lib. 2. cap. 1. à nu. 48. qui alios refert per eum videndos. Anton. Faber. in rationalib. ad pandectas, ad l. Item ſi verberatum 15 §. 2 de rei vēdicat. per illum text. ibi: *Item ſi forte ager fuit, qui petitus eſt, & militibus adſignatus eſt, modico honoris gratia poſſeſſori dato, &c.* Vbi illud modicum accipit Donell. in pecunia remunerationis ergo. Liuius lib 3. in principio. Plinius 2. lib. 7. epiſt. 30. ibi: *Emēdis diuidendiſque agris adiutor aſſumptus.* In celebri illa inſtructione, quæ in materia rei dominicæ fuit tradita. D. D. Frāciſco à Toleto, ann. 1568. in cap. 20. illi fuit enixe commendatū, vt maturè inſpiceret, & ſcite inſtrueretur circa terras ſui Proregnatus, & aſsignatis, quæ ciuitatibus, & villis neceſſaria eſſent, itē Indis, quæ deſeruirent ad culturā ſuæ alimoniæ gratia, & paranda ſpecierum tributa; necnon originarijs, & naturabilus, ac Hiſpanis, quæ cōuenientes, & ineſcuſabiles viderenrur, reſiduæ terræ, lucro cederēt Regiæ Coronæ, vt his, vel illis vtilitatibus applicatæ proficuæ eſſent, & redditus, vel fructus redderent Regi, ac domino vniuerſali ea ratione his verbis cōtexta. *Los valdios, ſuelo, y tierra de las Indias, que no eſtuuiere concedido, particularmente por Nos, ò nueſtros antec eſſores à lugares, ò perſonas particulares, es nueſtro, y de nueſtra Corona Real, y podemos dello diſponer à nueſtro arbitrio, y voluntad: de los quales ſe podrà aſſignar y repartir à los lugares, y Concejos para propios exidos, y terminos publicos, y Concegiles, y otros aprouechamientos, lo que ſegun la calidad de los tales lugares, y el crecimiento que en ellos puede aner, pareciere que es neceſſario, y les conuiene. Y otro ſi ſe podrà dar à los naturales Eſpañoles, y Indios algunas tierras en propiedad, para que puedan labrar, y cultiuar: y todo lo demàs que podra quedar por nueſtro, y para nueſtro aprouechamiēto, vos os informareis de como eſto eſtà.*

3 Edoctus, ac benè imbutus iſtis iuribus dictus Prorex, vt qui vetera monumēta inſpexit, & ſenes, & expertos conſuluit conſcium fecit ſupremum Indiarum Conſilium Regij, & abſoluti dominij ſupremi quo Reges Incæ in toto Imperij ſui territotio, & ſolo vniuerſali fruebantur. Vnde reſultauit illa ſchedula famigerata, expedita Pardi die 1. Nouēb. 1591. qua Rex noſter ſe declarauit ſucceſſorem prædicti dominij, & cunctas terras Indianæ dictionis, Regiæ Coronæ incorporari decreuit, ibi: *Don Garcia de Mendoça, Virrey, Gouernador, y Capitā General de las Prouincias del Perù, por auer yo ſucedido enteramente en el ſeñorio que tuuieron en las Indias los ſeñores que fueron de ellas, es de mi patrimonio, y Corona Real el ſeñorio de los valdios, ſuelo, y tierra de ellas, que no eſtuuiere concedido por los ſeñores mis predeceſſores, ò por mi, y en ſu Real nombre, y en el mio, con poderes, y facultades eſpeciales, que huuieremos dado para ello.* Doctor Carraſcus ad leg. Recopilat. capit. 3. §. 2. numer. 11. fol. 28. D. Ioann. de Solorzan. de Indiarum gubernat. lib. 4. cap. vnico num. 87. qui ambo referunt prædicta verba, & citant auctores, quorum dictis, & auctoritate fulciuntur, & præcipuè Patrem Ioseph. de Acoſta lib. 6. hiſt. moralis col. 3. qui in fine, ait. *Ni jamàs poſſeyeron los Indios coſa propia, ſino era por merced eſpecial del Inga, y aquello no ſe podia enagenar, nì diuidir entre los herederos.*

Vbi

4 Vbi tamen ſcire oportet agros vniuerſo ſementi faciendo idoneos partitos fuiſſe in tres partes, quarũ prima Soli, altera Regi, tertia Colonis cedebat: ita tamẽ, vt numero Colonorum aucto, Soli, Regique detraheretur, quòd illis videbatur deeſſe. In colendis denique agris hunc ſeruabant ordinem, vt primum colerent Solares, de inde terras viduarum, & orphanorum: ſecundo loco colebat quiſque ſibi agros precario diſtributos, & poſtremo Curacæ, aut Principis. Sic ex Garcilaſſo, & alijs refert nouiter Ioann. de Laet, in nouo orbe, lib. 1. cap. 12. Qui addit ſingulis ſubditis tantùm terræ conceſſum quantùm ferre poſſet. Cui diuiſioni ferè æqualis diuiſio Romuli, de quo Liuius. *Romulus agrum Romanum in tres partes diuiſit, quarum vnã ſacris faciendis, ſecũdam Reipublicæ oneribus ſubeũdis, poſtremam ciuibus æqualiter aſsignauit.* Aſchaff. in conſ. Claſſ. 10. conſil. 2. ord. 767.

5 Non ignoro pluribus ſucceſſionem dominij Incani diſplicuiſſe, præſertim ex eorũ numero, qui *rugoſa fronte, & graui ſupercilio fiſci vtilitatibus ad eſſe ſolent.* Vt ait Plinius Iunior, quibus ferre ſuppetias videtur Tertul. lib. de Idolatr. ibi: *Si omnia Principis ſunt, quid erit Dei?* Beſoldus diſertat. de iure, & diuiſ. rer. num. 3. ibi. *Tamdem imperium Principis, quàm patrimonium maius eſt*, & in l. 3. C. de *quadrienn. præſcript. non ſcriptum inuenimus omnia Principis eſſe, ſed intelligi, & quidem non cuiuſuis generis bona, ſed quæ ex ſubſtantia fiſcali, vel principali ſunt alienata, id eſt tàm res priuatæ eius ſubſtantiæ, quàm res ipſius fiſci publici, & ærarij*, Cuiat. in tit. C. de officio Comit. rer. priuat in paratitlas. Connan. lib. 3. Comment. cap. vltim. num. 8. *nec olim etiam Barbarica Imperia talẽ, ſibi ſumpſerunt poteſtatem. Sanè ex cap. Geneſ. 47. adparet Pharaonis non fuiſſe terram antequam emiſſet eam. Concludamus ergo ſolius Dei omnem eſſe terram.* Iuvãt quæ in publicum Boiaculus Anſibarijs reſpondit apud Tacitũ lib. 13. Annal. ibi: *Sicut cœlum Dijs, ita terras generi mortalium datas, quæque ſint vacuæ, eas publicas eſſe, ſolem deinde reſpiciens, & cætera ſidera vocans, quaſi coram interrogabat, vellent ne contueri inane ſolũm, potius mare ſuper funderent aduerſus terrarum ereptores; ipſi Boiaculo ob memoriam amicitiæ daturum agros, quod ille vt proditionis pretium aſpernatus addidit, deeſſe nobis terra in qua viuamus, in qua moriamur non poteſt.* Faciunt tradita à Ioann. Hedui. in Ariſtocr Chriſt. ciuil. rubric. de Regis Imper. in principio lib. tr. 14. fol. 294. vbi quòd nõ poteſt Princeps auferre agros. Et de Tiberio illud ſatis laudauile, quòd ſibi pauciores agri reſeruaret, vt qui cæteros omnes ciuibus diſtribueret. Vnde Tacit. lib. 4 *Pauci* (inquit) *per Italiam Cæſaris agri.*

6 Sed his omnibus benè occurritur ex duobus. Primò, quia Rex Inca, cui ſucceſsit Rex noſter Catholicus, capax fuit vniuerſalis dominij totius ſui territorij, nedũ iure poſitiuo, & lege Regia, vel plenitudine illa poteſtatis, quàm tempeſtatis nũcupauit. Couar. lib 3. variar. capit. 6. num 6. Anton. Faber. in C. tit. 1. diff. 1. numer. 10. Anton. Theſ. deciſſ. Pedem. 91. num. 1. Immò gentium iure, quòd vſu exigente, & humana neceſſitate poſtulante, ob conſeruationẽ Indorum belluino more viuentium deſidum, & otio deditorum, ac particularis dominij incapacium, Capiti eorum, & moderatori, vel Monarchæ cunctarum terrarum dominium generaliter attribuit, quas ille viritim, ſiue familiarũ habita ratione eis precario diſtribueret colendas, vel ſeminãdas ſingulis annis; cõmutatis cultoribus, ne eas ſibi appropriatas exiſtimarent, ſed in tẽporariæ

rariæ culturæ cauſa ſibi cōceſſas obditandum imperium, & ſui victum parandum, aliter deficiēdum, ob Indorum naturalem inertiam, &ingenitam deſidiam, ex ratione text. in l.2.C.Quādo, & quibus quarta pars lib.10.ibi. *Naturale quippè vitium eſt negligi, quòd communiter poſsidetur.* Et in Indis Occidentalibus potiori ratione ob eorum mores, & ſegnitiē, quàm *onus terræ* appellauit Imperator in Nouel.80.cap.5.vt ſic euincamus diſtinctionem dominij, alias induci ſolitam iure gētium inter plures, ob rationem, ne vel terra inculta maneret, vel aliorū induſtria partos fructus alij deſides conſumerēt, vt ait Donell.libr.1. Comment.cap. 7.in noſtro caſu eādem rationē pro vno homine, illoque rectore, & terreſtri cæterorum conſeruatore cōſpirare, dominiumque diſtinctum, & diſcretum à communione illa primæua apud eum ſolùm extare, l.ex hoc iure 5.D.de iuſt.& iur.ibi: *Regna cōdita, dominia diſtincta, agris terminis poſitis.* Menchac.illuſtr.cap.9.num. 4.& ſucceſ.lib.1.cap.5.nu.2. Alciat. 2.parerg.cap.21.Couarr.reg.peccatum 2.part.§.9.

7 Nec obſunt authoritates ſupra allatæ, quia compertum eſt Deum Optimum Maximum Regum Regē, & Dominum Dominantium, in cuius mancipio ſunt omnia, iure directo, ſupremo, & ſupernaturali, vt qui eis non indigeat, diuitijs animoſum ſuis, illud in terris quo ad temporalia Regibus communicaſſe, propter quàm cauſam, Dei Vicarij Reges nuncupatur, Gloſſ. itidem in rubr. in auth.de hæred. & falcid. Bald.in rubr.de iuſt.& iure. Abb. in cap.ex ſuſcepto de iure compet. l.1. tit.1. part.2.Vbi Gregor. verbo *Vicario de Dios*, l.5.ead.part.& tit.ibi: *Vicarios de Dios ſon los Reyes.* Gloſſ. in l. iubemus, verbo *Cœleſti*, C.de SS.Ecleſ. Oſiand.in cap.1.Daniel. *Nam ſimulachrum, ceu Dei viuum bonus Rex eſſe priſcis creditus iam ſæculis*, quo ſpectat Leo ſcribens Nouell.106. Deum Imperatoribus vniuerſi terrarum orbis adminiſtrationem demandaſſe. Et Auguſt.lib.quæſt.veter.& nou. teſtam. quæſt.35.inquit. *Imaginem Dei Rex geſtat.* D. Thom. de regimine Princip. D.Ioann. de Solorzan. de Indiar.gubernat.lib.3.cap.27.num. 42.& terrarum Domini à Deo inueſtiti indigetantur, l. Deprecatio, D. ad leg.Rhod.l.Benè à Zenone, C.de quadriénn.præſcript. ſub interpretatione Domin. Gregor.in l.1.tit.18. part.2.Gloſſ.1.& in l.2.Gloſſ.22. tit. 1. eadem part. Azeued.in l.1.tit.1. n. 20.lib.4.Recop.cum Menchac. Pinelo, & Couarr. Idem Azeued. l.3. tit.21.& l.4.num.3 tit.10.lib.5. Recop. Parlad.rer.quotid.cap.21.num. 2.Ceuall.4.tom cōmun.quæſt. 906. numer.24.Martial.lib.1.epigr.5. ad Cæſarem.

*Terrarum dominum pone ſupercilium.*

Et idem alibi.——*Diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet*

Plinius Secundus.——*Equid Cæſar ſuum non videt?*

Abſit tamen arrogantia in Principe ſe iactandi Domini in vſurpationē diuini nominis, ne luat pœnas, quas Domitianus auctore Tranquill. eo quòd Procuratorum ſuorum nomine formalem dictans epiſtolam, ſic cœperit. *Dominus Deus noſter ſic fieri iubet.* Ioann.Bernart.in comment. Stati Papinij lib.1.Siluar.

8 Quod ita accipi debet, vt ſubditos iuuent, atque proficiat eis terrā aſſignando vnde viuere poſsint, & alimoniam quæritent, ſiue proprietatis iure, ſiue vſusfructus, vel vtilis, aut indirecti dominij, aut Incano more precariæ poſſeſsionis pretextu; de quo ſolerter Roman.lib.2.

de

de Repul. Gentilica, cap. 13. ibi: *Diuidiò el Inca la tierra à los Templos, y para ſi, y aquella mandaua grangear, y q̃ la cultiuaſſen, y de aquella comia èl, y todos los de ſu caſa, y lo q̃ ſobraua, ponialo en lugares publicos, para ſuplir la neceſsidad del Reyno.* Acoſta dict. lib. 6. hiſt. moral. col. 3.

9 Competit ſecundo hæc regalia Regi noſtro inuictiſsimo, tùm iuribus, & titulis cõgeſtis plena manu à magno iuriſprudentiæ Coriphæo D. D. Ioan. de Solorz. integro 1. tom. de Indiar. acquiſitione, tùm denique iure renuntiationis, quæ ex abundãti omniũ iuriũ, ſi quæ remanſerant, penes vltimũ ex Regia Incarũ ſtirpe, & directa ſucceſsionis linea, nempè Manum Incã fratrem Hatahualipæ, ab eo facta fuit pleniſsimè coram notario, & teſtibus, itidẽ totius imperij, & territorij Peruani, & ſpeciatim Ciuitatis Cuzquẽſis, vti capitis, & matricis illius, & opulentæ Domus Solis, cum omnibus ſuis theſauris in fauorem Domini Cæſaris Caroli Quinti, eius nomine eam acceptante Marchione D. Franciſco Piçarro Regium locum tenente, ſub cuius manu, & labaro regali Mangus ille ſubiectus ſpontè ſe poſuerat, poſt quàm veluti Regni immediatus ſucceſſor, proximiorque Huaſcari, & Hatagualpæ à dicto Marchione purpureo Diademate, & regio llautu fuerat coronatus Inca XIII. De qua ſubiectione, & renuntiatione hiſtoriographi mentionem faciunt: præcipuè Illeſcas in Pontificali lib. 6. cap. 227. & eius aperta, & authẽtica habetur ratio in ſeruitijs & informationibus D. Emanuelis Criado de Caſtilla Inca equitis meritiſsimi, mihiq; ab incunabulis arctiſſimo neceſsitudinis vinculo deuincti; & præſertim in ſummario à me viſo, & recognito, quod illius meritorũ cõfecit D. Ioſephus de Caceres, & Vlloa maior Scriba Peruani Regni gubernationis, mihiq; chariſsimi & venerandi ob ingenuas animi dotes, & præclaræ ſanguinis nobilitatẽ (de quo dicere potuit Caſsiod. 2. variar. 39. *O verè ſecret arium iure venerendum*) ex mandato D. Proregis Excellentiſsimi Comitis de Chinchõ. die 17. Septembr. anno 1631. Nam eques iſte emeruit atauum dictum Regem Mangum linea diriuata per gradus ſequentes.

10 Mangus in primis habuit filios duos D. Diegum Sairetopam, & Donnam Mariam Coiam Cuſihuarcai.

11 Hi duo, fraternitate non obſtante, nupti fuerunt in infidelitate ſecundùm ritũ gentilicum, & procrearunt filiam vnicã Donnam Beatricem Claram Coiam, quæ matrimonio fuit copulata Martino Garciæ de Loiola equiti Ordinis D. Iacobi. Qui obijt functus gubernio Chilenſi.

12 Ex matrimonio iſto proceſsit Donna Maria Coia Marchiſſa de Oropeſa, quæ nupta fuit cum præclaro viro, ſanguine, & ingenio D. Ioãni Henriquez de Borja, primo de Oropeſa Marchioni: ex quibus procreatus fuit hodiernus ſecũdus Marchio de Oropeſa, vnaquè de Alcañizas, vnus ex Magnatibus Hiſpaniæ emeritiſsimus.

13 Propter obitum dicti D. Didaci Sairetopæ, ſecũdò nupta fuit eius vidua Donna Maria Coia cum ſtrenuo Duce Ioanne Fernandez Coronel, & Sotomaior, vno ex vetuſtis Detectoribus, & Conquiſitoribus huius Regni Peruani.

14 Filiam habuere ex hoc coniugio Donnam Melchioram de Sotomaior Coiam, quæ nuptu collocata fuit cum Generali Don Emanuele Criado de Caſtilla, vnde habuit ortum dictus Don Emanuel filius vnicus,

cus, qui hodie viuit dignus ob ſua, & maiorũ merita regalia, maximis multi iugiſque præmijs, è liberali manu Regis noſtri: nam, vt ait Caſſiodorus de ſuo Theodorico. *Tribuenda eſt iuſtis laboribus compenſatio laborum.*

15 Ex effata Mangi renuntiatione (vt ex hoc diuerticulo ad viã redeamus) cuius quãta ſit vis, & robur in iure nemo eſt, qui neſciat, ex traditis ab Alexand. Raudenſ. conſ. 1. num. 1. Iacobo à Saa, & Oſaſco ab eo relatis. Petro Hærodio. rer. iudicatarum lib. 5. tit. 3. fol. 170. Purpurato, conſ. 326. libr. 1. ante numer. 6. Ancharrano conſ. 339. Garcia de expenſ. cap. 16. num. 20. pag. 121 benè ſtabilitum manet in Regem noſtrum translatum fuiſſe dominium terrarũ, quòd illatum antiquis Monarchis cõpetere potuit. Non ſecus, ac Regni Malacæ per Tabarixam in D. Emanuelem III. Luſitaniæ Regẽ, authore Argenzola in hiſtor. Maluci, lib. 1 fol. 40.

16 Tertiò, communi iure conquiſitionis; nam ſubacta prouincia hoſtili, victis, & debellatis Rege, Dynaſtis, ceu Ducibus, & ciuibus expulſis, agri fiunt dominij Regis victoris Liuius, lib. 3. in fine. Ciceron. in 5. Verrina. l. Si captiuus 20. §. 1. D. de captiu. & poſt lim. Donell. libr. 4. Comment. cap. 19. & capit. 21 & ibi Oſualdus, Couarr. in regul. peccatum 2. part. §. 11. Ripa in l. 1. numer. 5. Iaſſ. num. 10. de acquir. poſſeſ. Xuarez, alleg. 8. num. 10. Addimus text. ſing. in l. Diuus Commodus 31. de iure fiſci, cuius verba, ibi: *Obſidũ bona, ſicut captiuorum omni modo in fiſcum eſſe cogenda*, iuncta interpretatione Oſualdi, vbi ſupra, de bonis immobilibus. Quamquam mobilia diuidantur iure prædæ; de qua in l. Transfugam 51. §. 1. de acquir. rer. dom. l. penult. D. ad Iuliam peculat. Donell. lib. 4. cõm c. 21. Vacon. lib. 2. declarat. 35. Petr. Faber. 2. Semeſtr. 3. Petr. Gregor. libr. 20. ſintag. capit. 4. num 6. Oſualdus in Donell. dict. capit. 21. Scite, & vtiliter Regens Conſtantius, in tit. de Claſsicis, C. lib. 11. vbi latè de hodierno modo diuidendi ſpolium, ceu prædam naualem, iuxta Regias Hiſpanas ſanctiones nouiſsimas, quas ad litteram inſerit Hiſpano ſermone.

17 Fuit vſitatum veteri Romanorum iure, vt præda à Quæſtoribus vrbanis venderetur, ac pecunia inde redacta ad ærarium reduceretur, vt ex Gellio noct. Attic. lib. 7. noct. 4. & lib. 13. noct. 24. obſeruat. Hothman in §. Item ea inſtit. de rer. diuiſ. Item vt immobilia veluti fundus, & ager quadrifariam partiretur; pars militibus aſsignabatur; pars per Quæſtorem vendebatur ditandi ærarij cauſa; pars publico relinquebatur ad compaſcua, templa, & ſepulcra, itinera, vias, &c. Et pars veteribus poſſeſſoribus dabatur. De his omnibus agitur in dict. l. In agris 16. de acquir. rer. dom. ibi: *Agrum autem manucaptum limitatum eſſe, vt ſciretur, quia cuique datum eſſet, quid veniſſet, quid in publico relictum eſſet.* Cuius legis verba, & diuiſionem ſequuti ea iuſto commentario donabimus, & praxi partitionis, & diſtributionis terrarum noſtri Regni aptata per ordinem reducentur ad nucleum.

18 Et in primis pars illa prima *Limitatum eſſe*, apertè demonſtrat limitibus concludi, & diſtingui agrũ conceſſum, donatum, ſeu venditũ, ſed præcipuè agri militibus conceſsi limitabantur, & agri limitati dicebantur, dict. l. 16. adeo vt ſi quid accreuiſſet iure alluuionis, non cederet poſsidenti, ſed Reipublicæ, aut Principi, Donell. dict. lib. 4. cap.

27.

27. Conan. lib. 3. comment. cap. 5. qui exemplificat hiſce temporibus in agris à Ciuitate, vel Domino in feudũ, cõceſsis certis terminis circũ ſcriptis quoad ius alluvionis Cæteri autem agri aſsignatis finibus, & terminis diſtinguuntur, vitandarum litium, & rixarũ cauſa, vt communiter tractatur in tit. finium regund. & de termino moto. Valaſco, quæſt. 8. num. 38. Menoch. caſu 393. Caſſan. in rubr. 1. §. 1. Gloſſ. interrit. num. 12. Auend. de exeq. mand. lib. 1. c. 4. n. 19. ad med. Gregor. in l. 2. tit. 18. part. 3. Gloſſ. 7. vbi vtiliter, & in Gloſſ. 7. & 8. l. 10. tit. 15. part. 6. & gloſſ. 1. 5. 6. & 7. l. 30. tit. 14. part. 7. De quo eſt elegans locus apud Caſsiodor. 3. variar. 52. Vnde miramur tanta animoſitate litigatum, quòd aut terminis, teſtibus, aut iugis montium, aut fluminum ripis, aut arcaturis constructis, aliiſque ſignis euidentibus conſtat eſſe definitum.

19 Sequitur verſ. *quid cuique datum eſſet*, dict. l. 16. ſed illum iam ſupra expoſuimus in fauorem militũ, quibus pro remuneratione victoriæ agri diſtribuebantur, l. 3. de fundis limitroph. C. lib. 11. limitanei, ſcilicet, l. 2. de offic. præfect. Afric. Lamprid. in Alexandr. de quo Imperatore ille refert agros limitaneos militibus ita donaſſe, vt illorum eſſent, ſi hæredes eorum militarent; nec vnquam ad priuatos pertinẽt; dicebatque attentius eos militaturos, ſi etiã iura ſua defenderent. Qui agri in priuatorum iura nullo iure tranſeunt, nullave præſcriptione adquiruntur, l. fin. dict. tit. de fundis limitroph. & omni collatione, & tributi onere ſunt immunes, dict. l. fin. Æn. Robert. lib. 2. rer. iudic. cap. 9. Quo expetant, quæ ſupra retulimus, num. vbi cap. 27. Regiæ inſtruct. ad D. Proregem eo tendens ad litteram refertur. *Tandem pro multis vix iugera bina dabantur vulneribus.*

20 Hodie tamen coanguſtata illa effreni facultate donandi, vel diſtribuendi terras ad libidinem D. Proregis in locis antiquis, & iam fundatis (vt ſic ſuccedat explicatio, dict. l. 16. in illa parte, & verbis, *quid venisset*) cauetur, iuxta eam, vt vendantur terræ vacuæ, apud nos, *Valdios*, publica ſubhaſta, & ſolemnitatibus requiſitis in auctione cæterorum mẽbrorum Regij patrimonij, vt preciũ earum in fiſcum cogatur; qui agri quæſtorij dicti ſunt, vti venditi per Quæſtorem. Oſuald. in Donell. lib. 4. comm. cap. 27. Forcat. dialog. 18. ex l. Lucius 11. D. de euict. ibi: *Partim diſtractas*, quo forſan reſpexit Tacit. lib. 6. Annal. *Neque emptio agrorum exercita ad forman Senatus conſulti, acribus ferme talia initijs, incurioſo fine.* D. Ioann. de Solorz. lib. 4. de Indiar. gubern. cap. vnico, num. 88. qui merito citat, & laudat in pũcto Anton. de Leon de confirmat. Regij, 2. part. cap. 23. à num. 26. ad 29. Et quidem prima ſchedula Regia, qua Rex reſeruauit vacuas terras ſibi de eis diſpoſituro, tranſmiſſa fuit ad D. D. Garciam de Mẽdoça ſupra relata vbi exceptis neceſſarijs donatis ad vſum Ciuitatum, & Indorũ, & incolarum, ait. *Toda la demàs tierra quede, y eſtè libre, y deſembarazada, para hazer merced, y diſponer de ella à mi voluntad.* Expeditis Cõmiſſarijs à dicto D. Prorege, vt iuxta tenorẽ dictæ ſchedulæ, & inſtructionum prouidè expeditarum, exequerentur voluntatem ſuæ Maieſtatis, quoad applicationem publicarum terrarum, & Indorum, & cõpoſitionem Hiſpanorum nitentium titulis vitioſis, & illegitimis, quoad portionem ad Regium patrimonium expectantem: integra perfectio ſubſecuta non fuit, ex eo quod Regiæ terræ vacuæ ſignatæ non fuerunt

runt certis finibus, nec ex eis corriuata eſt vtilitas deſiderata: ideoque apertè prouiſum fuit, vt licitarētur, & emptoribus titulus, & perpetua ſecuritas daretur, vt conſtat ex Regia ſchedula ad D. D. Ludouicum à Velaſco. Matriti die 12. Februar. an. 1598. ibi: *Y que es mucho lo que ſe debe de eſte genero, y lo que ſe podria ſacar de los valdios que en eſſe Reyno me fueron adjudicados por los Comiſſarios, que para la dicha compoſicion nombrò el dicho Marques, que por entonces no huuo quien los quiſieſſe por venta, y compoſicion. &c.*

21 Comiti etiam Montiregio Proregi prudentiſsimo idem iniunctum fuit Regia ſchedula die 6. Septembr. anno 1603. quo ad terras vacuas Prouinciæ de los Charcas, dummodo illarum venditio abſque præiudicio iuris tertij procederet.

22 Conſonant aliæ Regiæ ſchedulæ, ann. 615. & 617. quas refert ſummarium D. D. Roderici de Aguiar. tit. 3. lib. 4. vt niſi petente Regij fiſci patrono, & certiorato Regio Indiarum Conſilio, terræ vendi non poſſint, nec diſtribui in remunerationem olim vſitatam.

23 Eadem prohibitio arctius repetita fuit poſtea in Regia ſchedula ad D. Principem Schillacenſem, data die 26. April. anno 1618. ibi: *Me ha parecido aduertiros, que en quanto à eſto vais con preſupueſto, que todo lo que los particulares huuieren entrado, y ocupado de lugares publicos, y Cōcegiles, ſe ha de reſtituir à lo publico, conforme à la ley de Toledo, y a las cedulas particulares, que diſponen como ſe ha de hazer la reſtitucion, y preſcripcion; ſino fuere con euidente neceſsidad, y auiſandome primero de las cauſas que os mouieren para hazer las dichas compoſiciones, y en que lugares, y à que perſonas tocan, y el tiempo que ha que las poſſee, y ſi ſon tierras calmas, ò plātias. Y quando huuieredes de dar eſtas comiſsiones, procurareis ſea à perſonas, cuya edad, experiencia, y partes conuengan para ſu mejor execucion.*

24 Capite 7. cuiuſdam Regiæ epiſtolæ, dat. Matrit. ann. 1627. cautum fuit, vt ſemper cauerent Proreges, ne expedirentur commiſsiones titulo compoſitionis, menſuræ, & venditionis terrarum ob ſolam vtilitem, & compendium cōmiſſariorum: à quo non longè Cuiacius, qui huiuſmodi Commiſsiones damnauit, ad Nouellam de mandatis Princip.

25 Deinde 27. Octobr. ann. 1627. expedita fuit D. Proregi, & Regio Senatui Limenſi, necnon Tribunali Calculorum; vt collatis capitulis arbitrij Petri Vgarte de la Hermoſa in materia terrarum orbis Perubici, quòd expeditiùs, ac conuenientiùs foret, exequeretur. Ex tractatu, & collatione habita ſuper dictis capitulis, quorū præcipua ſumma eò ſpectabat, vt terræ Indis, & eorum communitatibus, olim diſtributæ à D. D. Franciſco à Toleto in viſitatione generali, poſteaque à Cōmiſſarijs nominatis à D. D. Garcia de Mendoza Prorege in executionem relatæ ſchedulæ, anno 1591. ſi quidem hodie, vt plurimum erant vacuæ ob mortis, fugæ, & abſentiæ perpetuæ eorum, vti deuolutæ ad Regium patrimonium venderentur. Credimus proceſsiſſe ſchedulam emiſſem excellentiſsimo Comiti de Chinchon, data Matriti die 27. Maij, anno 1631. quæ ſic ſe habet.

26 *Conde de Chinchon, pariente, de mis Conſejos de Eſtado, y Guerra, Gentilhombre de mi Camara, mi Virrey, y Gouernador, y Capitā General de las Prouincias del Perù: Entre otros arbitrios que ſe me han propueſto, para ayudar los gran-*

*grãdes gaſtos, à que ſe halla obligada mi Real hazienda, es vno, que ſe compongan todas las tierras de eſſas Prouincias, aſsi de eſtancias de ganado, como de ſementeras, y auiendoſe repreſentado, que muchas eſtan compueſtas por muy baxos precios, y que reſultaria grande oprouechamiento de darlas por nueuas ventas; conſiderando el mayor beneficio de mis vaſſallos, y la inquietud q̃ cauſaria à los poſſeedores de ellas, he tenido por bien de ordenaros, y mandaros, como lo hago, que en las tierras que eſtuuieren compueſtas con juſto titulo de los Virreyes, no ſe inoue con ſus dueños, dexandoles en ſu pacifica poſſeſsion: pero ſi los tales, ò qualquiera otros ſe huuieren introducido y vſurpado mas de lo que les pertenece, conforme à las medidas; en quanto à lo que tuuieren demàs, proueereis como ſe admitan à moderada compoſicion, y ſe les deſpachen nueuos titulos de ellas: y todas las que eſtuuieren por componer abſolutamente, hareis que ſe vendan à vela, y pregon, y ſe rematen en el mayor ponedor, dandoſelas à razon de cenſo al quitar, conforme à las leyes, y prematicas de eſtos Reynos: y el modo de la execucion de todo lo referido, ſe os remite para que lo diſpongais con la menos coſta poſsible y para eſcuſar la que ſe puede ſeguir de la cobrança de lo que de eſto procediere, ordenareis à los oficiales de mi Real hazienda de cada diſtrito, lo hagan por ſu mano, ſin embiar executores, valiendoſe para ello de la mano, y autoridad de mis Audiẽcias Reales, donde las huuiere y donde no, de los Corregidores: y auiſareiſme de lo que en ello ſe hiziere. Fecha en Madrid, à 27. de Mayo de 1631. años.*

27 Huius ſchedulæ executio à dicto D. Prorege ſuſpenſa fuit, iuſtis cauſis impulſo; ſed eis nil obſiſtentibus ſequens caput in quadam epiſtola ad eum ſcripſit Regium Indiarum Conſilium.

*Con particular cuidado ſe ha viſto, y reconocido lo que dezis, en orden à las cauſas, porque vos, y las perſonas que concurrieron en el acuerdo de hazienda, que hiziſteis para dar forma al cumplimiẽto de la cedula mia de 27. de Mayo de 631. ſobre la venta, y compoſicion de tierras, fuiſteis de parecer, ſe ſuſpendieſſe ſu execuciõ, y ha parecido, que ſin embargo de todo ello, ſe cumpla, y execute lo que tengo reſuelto, y mandado, como lo hareis; pues ninguno de quantos medios ſe me han propueſto en beneficio de mi hazienda, ſe ha tenido por mas juſtificado q̃ eſte, y ſi ſiendo aſsi ſe dificulta, no sè qual es es el q̃ ſe ha de hallar ſin inconueniente. Y en quanto à lo que repreſentais de la coſta, y poca confiança de perſonas à quien cometer ſu execucion, lo podreis diſponer por los medios mas proporcionados que ſe ofrecieren, como ſeria por mano de los Corregidores, y oficiales de mi Real hazienda, y particularmente de la de los Oydores de las Audiencias, quando ſalieren à la viſita de la tierra, pues lo deben hazer cada vn año; ſin que por eſta cauſa ſe detenga mas de lo que ſe acoſtumbra. Y en lo demàs que proponeis cerca del embaraço que eſto podria cauſar para la reducciõ, que ſe pretende hazer de los Indios, ſobre que ſe diſcurriò en el dicho acuerdo de hazienda, ireis con aduertencia de procurar, que eſtas compoſiciones ſe hagan en forma conueniente, dexando à los Indios parte de las tierras para ſus labores, y ganados, y reducciones que ſe hizieren; pues eſtas no puedẽ ſer de tanto numero de gente que tengan neceſsidad de tantas tierras como haſta aqui. Y todo lo ireis executando con el zelo, y atencion que de vos fio.*

28 Recepta præfata epiſtola, Prorex prudentiſsimus eam exequi præcepit, deditque ordines eo tendẽtes ſed prouiſis iuſtis, neceſſariiſq; requiſitis iuxta Regiam volũtatem, ibi: *Y para que tenga efecto lo que ſu Mageſtad manda, corriendo ſu execucion por mano de miniſtros de la autoridad, y ſatisfacion que ſe requiere, cometia el tratar de las referidas compoſiciones,*

*y ventas de tierras à los ſeñores Oydores que ſalieren à la viſita de los diſtritos de eſta Real Audiencia de los Reyes, y de los Charcas, y Quito, cada vno en el ſuyo. Los quales procuraràn con la prudencia, y buenos medios que juzgaren à propoſito, diſponer lo que à eſto toca, con el cuidado, y atencion que conuiene, como coſa tan del ſeruicio de ſu Mageſtad. Y con aduertencia de que han de quedar à los Indios preſentes cumplidamente todas las que fueren ſuyas, y pudieren auer meneſter para ellos, y ſus familias, y comunidades, y las neceſſarias para los que ſe pudieren reduzir, y ir agregando con muy ſuficiente agua para ſu beneficio en las que fueren, ò pudieren ſer de regadio, y que las dichas compoſiciones, y ventas ſean de ſuerte, que no ſe dè ocaſion à que los Eſpañoles, meſtizos, ni mulatos viuan entre ellos en contrauencion de las ordenes que eſtàn dadas, por los graues inconuenientes que de ello reſultan. Y las dudas, y dificultades que en razon de todo lo referido ſe ofrecieren, ſi fueren de calidad que toque à interes de tercero, las determinaràn, y executaràn conforme à derecho, reſeruandolas de apelaciones à la Audiencia de ſu diſtrito en lo que ſegun èl debieren hazerlo: y las que pertenecieren al gouierno, las comunicaràn con ſu Excelencia, ò el ſeñor Virrey que le ſucediere, para que ſe pueda tomar reſolucion en ellas, y à las perſonas con quienes ſe hizieren las dichas compoſiciones, y ventas, les haràn dar los teſtimonios neceſſarios, para q̃ dentro del termino que ſe les ſeñalare ocurran al gouierno à ſacar las confirmaciones, y titulos que huuieren meneſter. Que para todo ello, y lo anejo, y concerniente les daua la comiſion, y facultad, quan cumplida, y baſtantemẽte ſe requiere. Y con inſercion de eſte auto ſe deſpacharàn à cada vno de los dichos ſeñores Oydores que fueren à las dichas viſitas, prouiſion en forma, y aſsi lo proueyò, y firmò.*

29 Ex quibus omnibus facilè euincitur duo compendia verſarij in fauorem fiſci regalis in negotio terrarum, vnum reſultans ex ſubhaſtatione: aliud autem ex compoſitione.

30 Illud primum, nec nouum, nec inſolens, vt ſupra notauimus ex relatis iuribus, & interpretibus, certas, & determinatas quaſdam limitationes recipit in noſtro æuo non inutiles.

31 Prima eſt, ne vendantur terræ Eccleſijs, ceu Monaſterijs, nec perſonis Eccleſiaſticis, iuxta Regiã ſchedulam, Matriti 27. Octobr. anno 1535. 1. tom. impr. pag. 65. & 66. ibi: *Con que lo que aſsi ſe les repartiere, no lo puedan vender à Igleſia, ſo pena que lo ayan perdido, y pierdan, y ſe pueda repartir à otros.* Quæ ordinatio, licèt loquatur cum nouæ Hiſpaniæ Prorege, ex identitate rationis, & ſimilitudine gubernij vtriuſque Regni, ad noſtrũ extenditur: & è cõuerſo, ſecundùm Bart. in l. Relegatorũ, §. interdicere, de interd. Iaſſon in l. 1. numer. 5. de conſtit. Princip. Parlador. rerum quot. lib. 2. cap. fin. 5. part. §. 10. num. 26. Cuius ratio ea videtur eſſe, ne ob tranſlationem, vel acquiſitionem perſonarum exemptarum à decimarum ſolutione, eæ minuantur, in præiudicium duorum nouenorum regalium, & mẽſarũ capitularium, quam conditionem, & limitationem iure optimo apponi poſſe à Rege noſtro doctè, & eruditè, vt ſolet firmat noſter D. D. Ioan. de Solorz. de Indiar. gubernat. lib. 3. cap. 21. à num. 39. & lib. 5. cap. vnic. n. 97. ex Bulluga, qui ſimile tradit in ſpeculo, rubr. 14. §. veniamus, num. 3. Pereira de manu Regia cap. 67. nu. 12. ex deciſ. leg. 7. tit. 9. lib. 5. ordin. & alijs per eum videndis.

32 Secunda limitatio petitur ex prohibitione illa, ne Hiſpanis, mixtis, mulatis, & alijs hominibus congeneribus vẽdãtur terræ in vicinia, &

& Indorum confinijs, ob vitanda innumerabilia damna, quæ ex contagio, & vicinitate illorũ ſequuntur intenues, & miſerabiles iſtos homũculos, cõtra municipales ordinationes. Accidit enim illis, quòd Mart. enuntiat lib.6.epigr.19.

*Sed lis eſt mihi de tribus capellis,*
*Vicini queror has abeſſe furto.*

Et vt pauperculos deterreant modis omnibus, albi vicini nihil non tentant in eos mente nigra. Appoſitè Iuuenalis Satyr.14. deſcribit vſitatas noxias in Indos ob tertularum ad eos pertinentium ſpoliationem: nã incipere ſolẽt vicini à tractatu emptionis earum, & deſinere in prædam, vel populationem.

*Quorum ſi precio dominus non vincitur vllo*
*Nocte boues macri, laſſoque famelica collo*
*Armenta ad virides huius mittuntur ariſtas.*

Eijciantur igitur longè iſti Patrouæ, de quibus Mart. lib.2. epigr 32.

*Vexat ſæpè meum Patrouas confinis agellum.*

Supereſt explicatus ſecũdi compendij reſultantis ex compoſitione terrarum, quam induxit benignitas qua Rex proſequitur ſubditus incolentes & laborãtes, vt ſic cedant eis terræ cultæ, & poſſeſſæ, pro cultura, & cura, & vomeris tractu vetuſto, amplius hoc lucrum reputans, quàm quod ex venditione earum, vtpote illegitimis titulis tẽtarũ corrogari poſſet, vel ex vindicatione earum, & reſtitutione ad Regium patrimonium, vt de rigore iuris fieri debebat, iuxta Nouell.30.cap.7. ibi: *Sanè Tamiacæ poſſeſsionis curam, & rationem magnam habiturus ipſe, qui ad hoc à nobis proficiſcitur, & circumſpiciet, ſi quid à Tamiaco ſolo detractum, & fruſtra ab alijs detentatum ſit, ſiue in paſcuis, ſiue in aruis, ſiue in locis vitibus concitis, ſiue in prædijs, ſiue domibus, & vetus ſolùm rebus ſuis vindicabit, nulla longi temporis præſcriptione illi opponenda: neque enim fiſco licet talè quid opponere.*

Sed plurimum quoad Regẽ noſtrum valuit diutina poſſeſsio, & ſedula, ac laborioſa cultura, & ſicut odioſa vox illa, *veteres migrate coloni*, ita plauſibilis hæc Theodoſ. *Ne doleant diligenter, operam ſuam agri dediſſe culturæ*, in l.3. C.de alluvion. vbi agriculturæ fauore ab ærario vendi prohibet ille Imperator terras elaboratas, ibi: *Similiter nec ea quidẽ, quæ paludibus antea, vel paſcuis videbantur adſcripta, ſi ſumtibus poſſeſſorum, nunc ad frugum fertilitatem tranſlata ſunt, vel vendi, vel peti, vel quaſi fertilia ſeparatum cenſeri, vel functiones exigi concedimus.* Nec mirere cum vrgente publica vtilitate, quæ in agrorum cultura verſatur, l.1.l. Colonos, C.de agr.& cenſit.lib.11.l.1.§.de eo opere, de aqua pluv.arc. Nè agri ſordeſcãt, & ſteriles reddantur, iuxta illud Ouidij.

*Fertilis aſsiduo ſi non renouetur aratro.*
*Nil niſi cum ſpinis gramen habebit ager.*

Et Horatij.

*Neglectis vrtica vilis innaſcitur agris.*

Et Virgilij.

*Infelix lolium, & ſteriles dominantur auenæ.*

Lex potuerit auferre dominium agri ceruidi, illudque laboratori & poſſeſſori applicare ſolo duorum annorũ curriculo, vt eſt deciſsio nobilitata in l. qui agros 8. C. de omni agro deſert. lib.11. iuncta l. Quicumque 7.& l. rura 14. C. eod. Dicit ſingularẽ Iaſſon in §. Actionum, n.72. inſt.de act. Ripa omnino videndus, in tractatu de peſte 2. p. princip.tit.

de præſeruat.contra peſt. & de rem. ad conſeruand.vbert,ex numer.251. & ſequẽt. Vbi illum text.intelligit, ſiue prædia ſint tributaria, ſiue libera,& quòd magis eſt,deficiente bona fide, nec correctum eſſe iure Canonico, quo ea omni tempore deſideratur; quia,ſcilicet,dictũ ius nõ minus faueat agrorũ cultoribus ſterilium,&deſertorum,vt videre eſt per text.ſing.in c.ad aures,de rebus Eccleſ.alien.vbi Eccleſia poteſt alienare,& dare terras ſteriles, vt cultura reddantur fructuoſæ in emphiteuſim perpetuò; vnde dicitur communiter,iuncta doctrina Bart. in dict.l Quicumque locationem agri inutilis ab Eccleſia factam ad tempus decem,vel quindecim annorum, ſi ex labore, & ſumptu conductoris fiat fructuoſus perpetuam effici, & ad hæredes trãſmitti,etiam extraneos, nec finiri tertia generatione, licèt id non exprimatur in ſcriptura contractus,& in numer.4 ait: *Nota optimum argumentum pro laboratoribus, & colonis terrarum, qui eorum cultura fundos bonos, & fertiles fecerunt, cùm eſſent ſteriles, vt non poſſint per dominos eorum de cultura remoueri.* Quam doctrinam exactè declarat,& ſequitur. Hypol. de Marſil. ſingul. 550. & Ripa vbi ſupra,num.255.& eſt communis opinio ſecundùm Veroium in cap.in præſentia,num.379 de probat.& in cap.Dilecti,num. 49. de arbitr. Innocent. in cap.fin. de peculio Cleric. vbi affirmat Clericum, qui vtilem reddit fundum ſterilem Eccleſiæ, ſi propter delictũ deponatur ab adminiſtratione,nõ poſſe priuari ab illo fundo, immò ei eſſe relinquendum in alimoniam. Conſonat de iure Cæſareo,text.in l.quicũque 7.C.de omni agr.deſert.ibi: *Quicumque deſertum fundum patrimonialem exercuerit, & fertilem, idoneumque præſtiterit, ſaluo patrimoniale canone, perpetuo, ac priuato iure defendat, & velut domeſticum, & auita ſucceſsione quæſitum ſibi habeat, ſuiſque relinquat.* Raudenſ. reſponſ. 17. part. 6 numer. 1. qui negligentes dominos in agris colendis ſimiles eſſe,ait cani olitoris 2.part.dict.conſ. 7. numer.9.

Verum quoniã Regia neceſsitas rem ponit in extremis non eſt mirum, quòd diſsimulatio titulorum illegitimorum aliquo cõpendio fiſcali, nec immodico compenſetur, argum.text.in dict. l.15. §.2.de rei vend. ibi: *Modico dato.* Regia ſchedula, anno 1591. EL REY. *Don Garcia de Mendoça, &c. Por cedula mia de la fecha deſta ordeno, que me hagais reſtituir todas las tierras, que qualquier perſonas poſſean en eſtas Prouincias, ſin juſto,ni legitimo titulo, haziendolos examinar para ello,por ſer mio, y pertenecerme todo ello,y como quiera que juſtamente ſe pudiera executar lo que contiene la dicha cedula,por algunas juſtas cauſas, y conſideraciones, y principalmente por hazer merced à mis vaſſallos, he tenido por bien que ſean admitidos à alguna comoda compoſicion, para que ſiruiendome con lo que fuere juſto para fundar, y poner en la mar vna grueſſa armada, para aſſegurar, que eſtos Reynos,y eſſos, y las flotas que van,y vienen, no reciban daño de los enemigos,antes ſean caſtigados. Y ſe les cõfirmen las tierras,y viñas que poſſeen. E por la preſente,con acuerdo eſpecial de mi Conſejo Real de las Indias, os doy mi comiſsion poder,y facultad para que reſeruãdo, ante todas coſas lo que os pareciere neceſſario para plaças,egidos,y proprios, y paſtos,y valdios de los lugares, y Concejos que eſtàn fundados,y aſsi por lo que toca al eſtado preſente, como al por venir,ò el aumento, y crecimiento que puede tener cada vno,y à los Indios lo que huuieren meneſter para hazer ſus ſementeras, labores,y crianças; todo lo demàs lo podais componer, ſiruiendome los poſſeedores de las* d-

*dichas tierras, chacaras, eſtancias, cortijos, cauallerias, y viñas, cō lo que pareciere juſto, y razonable, ſegun la calidad, y cantidad de las tierras que tienen, y poſſeen, ſin juſto, y legitimo titulo, ſe las podais cōfirmar, y darles de nueuo titulo, para que à ellos miſmos, ò à otros qualeſquier les ſean firmes. Y aunque poſſean algunas de las dichas tierras, chacaras, eſtancias, y viñas con buenos titulos, ſi quiſieren nueua informacion de ellas, ſe las podais conceder con las clauſulas, y firmeças que les conuiniere, ſiruiendome por ella con lo que fuere juſto, y con ellos concertaredes.* Quòd genus vectigalis Romanorum iure ſolarium nuncupabatur, l.2.§.17.D. nequid in loco publico, ſed illud, quotannis pendebatur, cenſitorque in fiſcum inferebat, l.4.§.1.de Cēſibus, & agri huiuſmodi cenſualium nomen tenebant ad differentiam, non cenſualium, vt ex Forcat.dialog.84.num.2.& Gifanio, in l.30. §. 3. de rer. diu.obſeruat. Hillig.in Donell. lib. 4. tit.27. lit.C.

32 Sed quia extra vrbem, & quinque leucas eius dictioni elargitas in Prouincijs plereque terræ poſſeſſæ ſunt titulis minus legitimis, aut prorſus vitioſis, & portio earum præ omnibus eſt maioris ponderis conſueuit D. Prorex emittere cōmiſſarios expediendi huiusnegotij cauſa, vt olim fecit virtute dictæ ſchedulæ D. Prorex D. Garcia de Mendoça, & nouiſsimè D Marchio de Mancera, iuxta cap.dictæ epiſtolæ 27. Maij, ann.1631.ibi: *Como ſeria por mano de los Corregidores, y oficiales de mi Real hazienda, y particularmente de la de los Oydores de las Audiencias.* Quamquam ob impedimentum eorum priuatis quibuſdam perſonis, nec immoritis res commiſſa fuerit, non ſine magno Regiæ vtilitatis effectu. Quorum ſolemnis inſtructio ea ſemper fuit, quæ anguſtatur laconiſmo in capitibus ſequentibus.

33 Primò, quòd ex huiuſmodi compoſitionibus maior, quæ poſsit quātitas pecuniæ corrogari, inferatur; eaque vt plurimū innumerato: nam terris diſtractis ad fidem, præſertim hominibus pauperibus, qui ex fructibus ſoluere conantur, accidit, vt abſumptis eis res ad initium reuocetur, & iteratis venditionibus vtatur non ſine magno Regis diſpendio, & iactura ſumptuum, & ſalariorum.

34 Secundò, quòd ſolutio oblata in ſpeciebus tritici, olei, maizij, aliarumque rerum fungibilium reſpuatur, nec niſi in argento admittatur, licèt ob id aſſequendum ſit neceſſe concedere dilationes ad ſoluendum.

35 Tertiò, quòd ſcripturæ obligationis ad ſoluendum à Cōmiſſarijs, tradantur Regiæ arcæ officialibus, vt inuigilent circa exactionem, vbi dies ceſſerit.

36 Quartò, quia Rex noſter præcipit in citata ſchedula, anno 591. & cæterorum ſubſequentiū confirmationem, & titulum per ſuum Vicarium expediēdum, ibi: *Y lo que aſsi compuſieredes, confirmaredes, y concedieredes, por la preſente lo aprueuo, confirmo, è concedo, &c.* Iubetur Commiſſario, vt expedita qualibet compoſitione, ſeu venditione, ſummaria relatione, & dilucida rem comprehēdat, iudicans tabelionem, qui acta confecerit, agrū, limites, territoriū, pecuniam, & diligentias, quæ adhibitæ fuerint. Vbi paſsim notari poteſt confirmationem, quam Regij Cōſilij exigit noſter condiſcipulus Licenciatus Antonius de Leon, optimus, & doctus concinator Regiarū confirmationum in hec caſa, p.2.c.23.n.30 & 31.hic ſubeſſe virtute illorum verborum. *Lo aprueuo, con-*

*confirmo, è concedo*, aliamque ſuperaddi neceſſarium non eſſe, immò ſuperfluum: qua propter praxis Perubici Proregis confirmatione cõtēta eſt; aliter ſumptibus immodicis onerarentur emptores, & ſummum Conſiliũ indigum temporis nõ parua occupatione premeretur. Nec aliã ob cauſam credo Vicario principali in dicta ſchedula cõfirmationes relinqui, quàm ob prædicta dãna vitanda; maximè, quia confirmatum à Prorege, Regis delegatione per inde habetur, ac ſi ab ipſo Rege confirmatum eſſet, l. 1. D. de officio procuratoris, Cæſar. Cota in memorab. verſ. Procurator. cumlibera. Afflict. deciſ. 305. Maſtril. deciſ. 395. num. 27. & in terminis Raudenſ. conſ. 17. num. 12. vbi ait, quòd reputatur facta à Papa confirmatio, quã fecerint eius Commiſſarij. Beroius conſ. 88. n. 17. lib. 1. Abb. in conſ. 41. n. 4. Capicius, deciſ. 16. num. 6.

37 Emiſſa confirmatione ampliùs de hoc negotio quæri nequit; ſiquidem per eam recipit conſumationē, & emptor manet ſecurus, l. 1. C. de fundis rei priuatæ, C. lib. 11. l. 2. C. de prædijs Tamiacis, niſi compoſitio, vel emptio per dolum, vel fraudem, aut aliud ſimile celebrata fuerit, argumento leg. vnicæ, C. de officio Præf. Afr. §. 5. *Vt ſi præuiderimus ſufficientem eſſe ordenat ionem, confirmemus eam.* Et §. 16. ibi *Vt benefacta confirmemus.* Molina de Hiſpan. primog. lib. 2. cap. 7. vbi ait. *Confirmatio enim, quæ in forma communi expeditur, non validad id quod ex ſe nullum eſt, ſed ſolùm actui valido robur præſtat.* Vt notat Speculator. tit. de legat. §. Nunc oſtendendum, verſ. 11. numer. 8. Hoſtienſ. in ſumma de confirmat. vtil. vel inut. §. Quis ſit effectus, text. in cap. fin. vbi per ſcribentes de confirmat. vtil. vel inutil. text. vbi Gloſſ. in cap. quia diuerſitatem, de conceſ. præb. Alexand. conſ. 123. num. 18. & numer. 22. lib. 4. Decius, qui plura refert. in cap. 1. num. 5. de confirmat. vtil. vel inut. Pariſ. conſ. 3. numer. 36. lib. 4. Addimus Raudenſ. reſp. 17. part. 2. num. 264. Riminald. conſ. 355. num. 82. lib. 4. & nouiſsimè D. D. Ioann. de Solorzan. cum ſexcentis per eum relatis à num. 27. ad 58. vbi confirmationis materiam, qua dexteritate ſolet, omnia mirifice enucleat.

38 Item, & à nemine conueniri poteſt coram nullo iudice minori, vel maiori, niſi coram ipſo Rege, & iudicibus ab eo deputatis; & tũc intra quadriennium, & fiſco aſſumente cauſam pro poſſeſſore, & emptore ab eo ius trahente, l. Benè à Zenone, C. de quadrienn. præſcript. & lege Regia 57. tit. 6. part. 1. lib. 4. l. 10. tit. 7. lib. 9. Recop. Larrea, alleg. 27. num. 26. Et hic caſus vnus ex illis eſt, in quibus à D. Prorege nequit appellari, niſi ad ipſum Regem, & cognitio expectat ad eius ſupremũ Conſilium. Quia eſt meri, quòd aiũt gubernij, excluſis Senatibus: conferunt finalia verba dictæ ſchedulæ, ann. 591. ibi: *Sin que aya, ni pueda auer ſobre ello pleito, mas que la declaracion que vos, y las perſonas que tuvieren vueſtro poder.*

39 Quintò, in ſubhaſtatione terrarum trigeſimo proclamate vtendum eſt, ſed taliter, vt non abſumãtur, nec numerentur omnia proclamata vno die, ſed ſingulis diebus ſingula peragenda, vt ſic ſufficiens tẽpus præſtetur auctionibus, l. 4. tit. 11. l. 13. tit. 12. lib. 9. Recop. Auẽd. in cap. 12. Præt. lib. 2.

40 Sextò, quia nimis inuida eſſet, & contra pietatem Chriſtianam, indignaque Regali culmini diſtributio, quæ filios terræ, incolas, & originarios excluderet ab eius participio, quando vidimus apud Ethnicos illum

illũ morem in agrorum hoſtiliũ partitione habitũ, vt veteribus poſſeſſoribus pars relinqueretur. Donell. lib. 4. comment. cap. 27. vbi meminit exempli Pauli Æmilij ſubacta Macedonia. Vnde Cuiacius ſumpſit occaſionem delendi in l. 16. de acquir. rer. dom. illa verba: *Quid in publico relictum eſſet*, vt hæc reponeret. *Quid veteri poſſeſſori relictum.* Eius aſſecla Gothofred. in dict. l. 16. ſed non ſine reprehenſione Petri Fabri 2. Semeſtr. 4. part. num. 48. & ſeqq. qui vulgatam lectionem defendit. Ideo ſumma cum ratione prouiſum eſt à ſua Maieſtate, vt Indis, eorumque communitatibus ſufficiens portio terrarum reſeruaretur, eſt aperta in eam rem, citata ſchedula, ann. 1591. ibi: *Y para que los Indios que las huuierē meneſter, y les faltaren para ſus ſementeras, y criançàs.* Et in alia ſchedula eiuſdem diei, & ann. ad eumdem Proregem D. Garciam, ibi: *Y repartiendo à los Indios lo que buenamente huuieren meneſter, para que tengan que labrar, y hazer ſus ſementeras, y criançàs, confirmandoles en lo que tienen de preſente, y dandoles de nueuo baſta lo que les fuere neceſſario.* Citat alias earumq; verba trãſcribit Licenciat. Antonius de Leon, de confirmat. Regis, dict. 2. part. cap. 23. num. 24. & 25. Quibus addimus verba Regalia nouiſsimæ ſchedulæ, ſeu epiſtolæ, dat. die 16. Martij, ann. 1642. ibi: *He tenido por bien de ordenaros, y mandaros, como lo hago, trateis de la venta, beneficio, y compoſiciõ de las tierras, con la atencion que es meneſter, para que à los dichos Indios ſe les dexē con ſobra las que les pertenecieren, aſsi en particular, como por comunidades, y las aguas, y riegos de ellas, dando para eſſo para ſu buen tratamiento, y atencion con q̃ ſe ha de proceder con los dichos Indios, las ordenes que conuengan con toda preciſion.*

41 Ruſſus præcipitur, vt tueantur Indi in poſſeſsione terrarum, quàm ex antecedenti diſtributione nacti ſunt; nec ob id aliquid ab eis exigatur per modum cõpoſitionis, ſed gratuita cõfirmatio eis expediatur; quia Regium officium eſt parcere ſubiectis, & miſerabiles, & tenues fouere, nec ab eis mungere ſanguinē nũmarium. *Quòd enim ius habet fiſcus in aliena calamitate, vt de re tam luctuoſa compendium ſectetur?* l. 1. C. de naufrag. lib. 11. ratio text. in §. fin. inſt. de act. *inhumanum erat ſpoliatum fortunis in ſolidum damnari.* Caſsiod. lib. 4. variar. epiſt. 19. & eodem lib. epiſtol. 7. Franciſc. Marcus 2. part. quæſt. 185. Petr. Gregor. in ſyntag. part. 1. lib. 3. cap. 8. numer. 21. Paralipom. 1. *Abſit vt ſanguinem iſtorum virorum viuam.* Beſold. de ærar. cap. 7. num. 2. & 3. eleganter monet ne replendi ærarij cauſa alienentur prædia ruſticorũ, quibus tenues ſuſtētãtur. Sed verba in quorũ ſpeculo facies miſeriæ Indorum mirè refertur à Iuriſconſultiſsimo viro, mutuata à Patre Mariana ſunt illa. *Quòd ſit tãtundem prædiorum dominis certè, qui agros proprios nõ habent, pēdere cogãtur, quantulum miſeris reliquum erit, vnde ipſi viuant, & quòd in ærarium conferatur, cùm potius eos ſubleuare, ex quorum labore, & induſtria vniuerſa Prouincia ſuſtentatur.*

42 Caueant igitur Principes, & eorum locumtenentes, ne incautè ob ditandum ærarium ab alienari, & ſubhaſtari præcipiant terras naturalium: nam inde totius Regni perditio occaſionari ſolet. D. Diegus de Mendoça in hiſtor. Granat. lib. 1. fol. 6. *Vinoſe à cauſas, y paſsiones particulares, haſta pedir juezes de terminos, no para diuiſiones, ò ſuertes de tierras, como los Romanos, y nueſtros paſſados, ſino con voz de reſtituir al Rey, ò al pueblo lo que le tenian ocupado, y intentò de echar algunos de ſus heredamientos. Eſte fue vno de los*

*los principios en la deſtruicion de Granada, comun à muchas Naciones, porque los Chriſtianos nueuos, gēte ſin lengua, y ſin fauor, encogida, y moſtrada à ſeruir.* (En Indorum mores) *veian condenarſe, quitar, ò partir las haziendas que auian poſſeìdo, cōprado, ò heredado de ſus abuelos, ſin ſer oìdos.* (En iterum calamitates, quas in hoc æuo ſunt, vt plurimum perpeſi ob terrularum ſuarum alienationem.)

43 Prætereà non illa nimia, miſeraque iuris diligētia, quæ vti ſolet in Hiſpanos circa examen titulorū, & ſcripturarum, quibus ius ſuum, & dominium firmare ſolent, adhiberi debet in Indos poſſeſſores, vt qui nuſpiam ſcripturarum vſum, nec litterarum copiam habuere. Ideòq; vnum ex capitibus dictæ inſtructionis, illa verba fert. *Y no han de ſer cōpelidos los dichos Indios à moſtrar titulos; porque entre ellos no los tienē, ſino que verbalmente los Comiſſarios, y Iuezes de tierras ſe informen de oficio, que tanto ha que poſſee el tal Indio las tierras que tiene, y ſi las heredò de ſus padres, y abuelos, y en que forma las poſſee, de manera que conſte ſer legitimo poſſeedor.* Quare illi nullam cauſam reddere poſſunt plerumque cur poſsideāt, niſi quia poſsiderant. Maximè, quia pleroſque iuuat lōgiſsimi temporis poſſeſsio glebæ, cui veluti addicti, & innati, quo caſu titulus non exigitur, nam ipſa temporis vetuſtas pro titulo eſt, Gloſſ. in cap. de quarta de præſcript. & ſi adſit facti error: dicit ſingularem Paul. de Caſtr. in l. celſus, D. de vſucap. Gregor. in l. 14. tit 29. part 3. Balb. in ſua repetit. l. Celſus, fol. 2. verſ. quart. nota, facit text. quem adducit Gregor. in l. 8. tit. 14. part. 1. ibi: *Que etiam vult quod in præſcriptione lōgiſsimi temporis procedat præſcriptio cum bona fide cauſata ab errore iuris* (quòd magis eſt) *etiā in cōtractu à iure prouato.* Gabriel. conſ. 88. numer. 20. Raudenſ. conſ. 17. 2. part. à numer. 7. ibi: *Lex creat alium nouum titulum ex temporis antiquitate.* Gil Kenius, qui tricennali, vel longiori præſcriptione titulū non requiri, docet, nec ciuili, nec canonico, iure in tract. de præſcript. part. 2. memb. 1. capit. 11. numer. 3 Hillig. in Donell. lib. 6. cap. vltim. lit. B. Conducit deciſ. text. in l. 3. §. Ductus aquæ, D. de aqua quot, & æſtiua, vbi immemorialis inducit conſtitutum, vel priuilegium, atque adeo non eſt neceſſarius alius titulus, quo acquiratur iuncta interpretatione Donell. libr. 11. comm. cap. 11. ibi: *Non tantùm ſine titulo, ſed & ſine ſcientia domini.* Connan. 4. comm. 12. num. 17. Cuiac. lib 18. obſeruat. cap. 28. Anton. Faber. lib. 19. coniectur. cap. 11. qui adducit in comprobationem, l. 1. §. fin. D. de aqua, & aquæ plub. arc. ibi: *Si tamen lex agri non inueniatur vetuſtatem vicem legis tenere.* Petr. GilKen. de præſcript. part. 2. memb. 1. cap. 10. numer. 28 & ſeqq. quòd ex l. Si manifeſtè, C. de ſeruit. Confirmat. Vulteius, princip. inſt. de vſucap. num. 23. Padill. in l. 1. num. 51. C. de ſeruit. Couarr. in reg. poſſeſſor. 2. part. in princip. P. Molina, lib 2. cap. 6. nu. 13. Gomez 2. tom. variar. cap. fin. num. 27.

44 Quæri ſolet in propoſito, qui dicātur tituli idonei, & ſufficientes ad tuendum poſſeſſorem, dominūve, ſiquidem non aliunde dictus eſt titulus, quàm à tuēdo, l. 9. C. de præſcript. long. temp. quòd ſcitè probat Doctiſsim. & illuſtriſ. D. D. F. Melchior Prieto electus Epiſcopus Parahauienſis in explicat Pſalm. 15. fol. 280. col. 1. vel quod eis intueri liceat, an quis iuſtè poſsideat. Sic tituli, & cauſæ acquirendi, idem ſonant in iure, l. Sed & ſi lege 25. §. 6. de petita hæredit. l. 1. pro dote, l. Diutina 4. C. de præſcript. long. temp. l. vlt. C. de vſucap. pro hærede, ibi: *Vſucapio*

*tapio non præcedente vero titulo, procedere non poteſt, vnde tot tituli ſunt quot cauſæ acquirendi dominij*, l. poſsideri 3. §. genera, de acquir. poſſeſſ. vbi plerique tituli referũtur, plures etiam in l. Sunt, & aliæ 3. D. de publiciana. GilKenius, de præſcript. par. 2. mẽb. 1. c. 1. n. 2. & 3. Donel. lib. 5. comm. c. 14. Theophilus, in § Sequens, inſtit. de interdict. Reuard. de auctorit. prudent. cap 7. pag. 988. Sic in quodam capite inſtructionis gubernij.

45 *Seràn tenidos por buenos, y bálidos todos los titulos que huuieren dado los Virreyes gouernadores de eſte Reyno, y los de las Audiencias, y tambien los de los Cabildos, como ſe declara del Rey nueſtro ſeñor, ſu data en Madrid à 27. de Enero de 1592. con que en quanto à los de los Cabildos, ſea, y ſe entienda poder dar, y repartir las dichas tierras, haſta que ſe les prohibiò q̃ no las dieſſen.* Antonius de Leon, vbi ſupra, caput 11. Regiæ epiſt. ad D. Comitem de el Villar, die 8. Maij, ann. 1589. ibi: *En quanto à eſto, ha parecido que non conuiene hazer nouedad con los poſſeedores de las dichas tierras: y aſsi no la hareis, ſino fueſſe en caſo que no tuuieſſen titulos de Virrey, ò Audiencia, ò Cabildos de Ciudades, ò que ſe huuieſſen entrado en mas cantidad de la que ſe les huuieſſe dado; porque en tal caſo, y conſtando de ello, les podriades cargar por el defecto de titulo, ò por la tal demaſia alguna moderada cantidad, &c.*

46 Sed iã ad terrarũ diſtributionẽ in Indos redeamus, vnde digreſſi ſumus, & quidẽ inter alia eis pertinentia, monentur dicti Commiſſarij, vt in locis propinquis accommodentur, ne abſcedant, ceu valde diſtent à ſuis municipijs, item, vt terræ melioris glebæ, ac vberiores eis diſtribuantur: non inuiæ, & ſaxoſæ, aut noxiæ conditionis, de qua ille apud Plautum in Trinum. act. 2. ſcen. 4.

*Primum omnium olim terra cum*
*proſcinditur*
*In quinto quoque ſulco moriuntur*
*boues:*
*Acherontis oſtium in noſtro eſt agro,*
*Tum vinum, priuſquam coactum*
*eſt, pendet putidum.*
*Audi cætera, poſt id frumentì, cum*
*alibi meſſis*
*Maxima eſt, tribus tantis illì minus*
*reddit*
*Quam obſeueris &c.*

Curent etiam viſitatores terrarum, ne ſpolient Indos, aut priuent optimis terres eis iam diù applicatis ob vendendas eas, ditandi fiſci cauſa, & permutandas cum alijs minus proficuis, nam hæc prorſus damnat Regia voluntas, & Deus Optimus, Maximus non cõſenſit, vt Regi applicaretur terra Naboth, nec prætextu dandi pro ea vineã meliorem, aut ſi cõmodus putaretur argenti precium, quantùm digna eſſet. 3. Reg. 21.

47 Immò ſi vellint Indi, quas in longinquo habent pro alijs proximioribus ſuæ reductioni permutare, id exequendum erit à Commiſſarijs eis elargientibus terras pro rata ex his, quæ Hiſpanis, & Indis diſtribuẽdæ ſunt, vel ob id, vt omnes ſint vniti, & proximi, ac veluti dicunt ad manus doctrinarij eos inſtruentis, nec in latebris, aut locis remotis quant abſcondi, & excuſari fugientes inſtructionẽ veræ doctrinæ, vel quia illis eſt vtilius coniunctas, nec diſcretas habere terrulas, quas colere ſolent gregatim, atq; cõiunctim, l. Si cui fundus 56. D. de leg. 1. *Sæpè enim confines fundos, etiam ſupra iuxtam æſtimationem intereſt noſtro acquirere.* Auth. de Eccleſiaſt. tit. §. ſin autem legatum, verſ. Sin autem annale, col. 9. per quem dixit Gregor. in l. 6. tit. 11. part. 6. verbo: *Que non la pudieſſen vender*, col. penult. verſ. Sed an ſit iuxta. Quòd longinquitas loci eſt tan-

tantæ incõmoditatis, vt ſit iuſta cauſa cõcedendi licentiam ad alienãda bona maioratus. Et quamquã Indicæ terrulæ paruæ ſint æſtimationis; coniunctæ omnes fiunt præcioſæ & magis proficuæ, in quam rem ponderare ſoleo auream conſtitutionem 102. Imperatoris Leonis ſub tit. *De prædijs maritimis ad remoras piſcatorias ſeorſum non ſufficientibus, & vt inuitus etiam ad ſocietatem adigatur*, ibi: *Ac talè quidam certè de nonnullis audiuimus, qui cum maritima prædia habeant, quæ per ſe non ita multum lucri adferant, cum vicino autem, & adiacẽte prædio communicatione coniuncta vberiorem vtilitatem reddant.* Eleganter Plin. 2. lib. 3. epiſt. 19. *Aſſumo te in conſilium rei familiares, vt ſoleo. Prædia agris meis vicina, atque etiam inſerta venalia ſunt. In his me multa ſolicitant, aliqua nec minora deterrent. Solicitant primum ipſa pulchritudo iungendi, deinde, quòd non minus vtile, quã voluptuoſum poſſe vtraque eadem opera, eodẽ viatico inuiſere ſub eodẽ procuratore, ac penè iiſdem actoribus habere.* Vt ſic illuſtrata maneat, quo ad hanc partem prædicta inſtructio in illo capite, & verbis. *Y ſi para mas comodidad de los dichos Indios conuiniere trocarles algunas tierras, por tenerlas deſmembradas, y lexos de los pueblos donde habitan, y darſelas cerca de las que tuuieren cerca de ſu reduccion, para que eſtèn todas juntas, los dichos Iuezes, y Comiſſarios ſe las daràn, y ſeñalaràn de las que huuieren de partir, y diſtribuir entre Eſpañoles, y Indios.*

48 Sed quod præcipuè in propoſito curari oportet, illud eſt, ne miſceantur Hiſpani cum Indis, ſed vt multis paraſangis ab eis diſtare cogantur. Nã vt eleganter Leo Imper. Nouell. 71. *Quo propius vicini fruges ponuntur, eo illi noxa propinquior eſt.* Nõ hæc Indorum proſpectio, & tuitio eis anſam præbere debet delinquendi, prædandi terras, & inuadendi arua ad Regiam Coronam pertinẽtia, vt ſine titulo, ratione, & mala fide eas detineant. eleg. text. in l. 1. C. de nauib. non excuſ. C. lib. 11. ibi: *Nam vt priuatus quoque non prohibemus habere nauigia, ita fraudi locum eſſe non ſinimus, cùm omnes in commune, ſi neceſſitas exegeret, conueniat vtilitatibus publicis obedire.* Atque ita quas terras inuenerint cõmiſſarij prædicto vitio detentas, vacuas eas eſſe declarabũt, & ad Regem pertinere, iuxta dictam inſtructionem. Cæterum ſi Indi poſſeſſores eas componere voluerint in toto, ceu in parte admittendi erunt ad compoſitionẽ, eo tamen temperamento, vt moderatiori precio eis quã Hiſpanis terræ relinquãtur. Sic dicta inſtructio. *Y ſi de las tales tierras, que ſe declararen por vacas, los dichos Caziques, è Indios quiſieren componerlas en todo, ò en parte, ſeràn admitidos à compoſicion, con que ſe tenga atenciõ à que ſe ha de hazer mas en fauor, y en precio mas moderado q̃ con los Eſpañoles.* Conſonant cap. 24. Schedulæ ſeruitij perſonalis, anno 1601. vbi victualia in locis minerarijs minori precio dari iuuentur Indis, quàm cæteris perſonis, ibi: *Y q̃ antes los hallẽ mas baratos que la otra gente, por ſer pobres, y viuir de ſu trabajo.* Cõferunt, quæ in ſimili tradunt Bart. in §. Cura carnis, l. 1. D. de offic. Præf. vrb. Capel. Tholoſ. deciſ. 447. in additione, num. 3. Mexia in pragmat. taxæ panis, concluſ. 1. num. 4. Aluarez de priuileg. pauper. part. 1. quæſt. 24.

49 Habent, & aliud priuilegiũ non minoris momenti, nempè, vt terras cõpoſitas in fauorem Hiſpanorum, illas poſſint auocare ab eis pro tanto precio, quo fuerint cõpoſitæ. Dicta inſtructio, ibi: *Vendiendoſe algunas tierras, q̃ ſe declararen por vacas, aunque los compradores, en quien ſe huuiere fecho el remate ſean Eſpañoles, ſi los Indios las quiſierẽ por el tãto del di-*

cho

*ebo remate, ſe las darán los Comiſſarios.* Habēt enim neſcio, quòd ius traductum ab avitis poſſeſſoribus, ne dicam dominis dictarum terrarum, in quibus nati ſunt, creuerunt, & inualuerunt, vt eas benignè poſsint retrahere. De quo fuſe Tiraquell. de retractu, l. 13. tit. 10. lib. 3. fori, l. 7. tit. 11. lib. 5. Recopil. Leuit. 23. & Iudic. 19. Parlad. in ſexquic. diff. 102. & 103. Nec timor huius retractus Indis competentis animos licitātium minuit, nec precia infringit, vt ait Curtius 2. coniect. ad fratr. cap. 15. Oſuald. in Donell. lib. 13. comm. cap. 1. lit. E. quia ob pauperiem ingenitam raro habent vnde muniāt retratum, nec ob terrorem Hiſpanorum illum audent deducere, & proponere. Simile eſt illud priuilegiū, quòd habent pauperes, & miſerabiles perſonæ, in conductionibus terrarum, ſeu domuum, quas colunt, ceu inhabitant offerentes precium ab alijs oblatum. Gloſſ. in l. Ne cui. in verbo locandi; & ibi Alber. Salic. & Ripa, & nouiſsimè Doctiſsim. Auguſt. Barboſa, C. de locato, num. 25. Boeris deciſ. 107. Minſing. obſeru. 23. Nouar. cum pluribus, in praxi priuil. miſer. priuil. 42. Dueñas regul. 213. Franchis deciſ. 106. num 8. Gratian. 2. diſcept. cap. 357. num. 24.

50 At reſtat ſcire, priuſquā claudamus hūc tractatum ad Indos pertinentem, quonam iure hodie magna pars terrarum olim diſtributarū Indis, & eorum communitatibus in licitationem deducatur, & ſubhaſtetur compellente ad id ſchedula nouiſsima ad D. Comitem de Chinchon iam relata, ibi: *Dexādo à los Indios parte de las tierras para ſus labores, y ganados, y reduciones que ſe hizieren, pues eſtas no pueden ſer de tanto numero de gente, que tengan neceſsidad de tantas tierras como baſta aqui.* Et quidem pro huius dubij reſolutione, reſpondēdum cenſeo id quod à D. D. Solorz. didici, de Indiar. gubernat. lib. 1. cap. 23. num. 62. *Regem, ac dominum noſtrum fundare ſuam intentionem quo ad terras vacantes.* Vt poſt alios probat Bobadilla in Politic. lib. 2. cap. 15. num. 52. ac per conſequens, quas Indis reductis & aggregatis ex ſua benignitate fruendas conceſsit, eiſdē deficientibus, vel imminutis ſibi reſeruare videri, & iure, quod vocāt reuerſionis Regio fiſco addicendas, & applicādas; argum. text. in l. Si vnus, §. Pactus ne peteret, de pact. l. Filio quem pater, D. de liber. & poſthum. l. Voluntate, § fin. D. quibus mod. ping. vel hypoth. cap. 1. de eo, qui finem fecit agnationi in vſib. feudor. cum alijs per eum videndis.

51 Hinc infertur nullo pacto Indos poſſe alienare terras ſibi diſtributas & mēſuratas, niſi de licentia gubernij, & præcedēte vtilitatis examine, ad inſtar immobilium minoris, toto tit. de prædijs & alijs rebus minor. in C. & oratione Diui Seueri, pandectarū iure, tit. de rebus eorum Cōfert ſimile prædij Decurionis ſine decreto non alienādi, de quo extat tit. de prædijs Decur. ſine decr. C. lib. 10. Adeò vt in comparatores licitum, & neceſſarium eſſet practicari, l. 2 C. ne rei dominicæ, vel templ. ibi: *Vniuerſas terras, quæ à colonis dominici iuris in qualibet prouincia venditæ, vel alio vllo pacto alienatæ ſunt ab his, qui perperam, atque contra leges eas detinent, nulla lōgi temporis præſcriptione officiente iubemus reſtitui, ita vt nec precium quidem iniquis comparatoribus repoſcere liceat.* Maximè cùm Indi habeant terras non tanquam paternā hæreditatem, ſed tanquam Imperialem munificentiam. Nouell. 53. cap. 5. quod vel ex eo puniendum eſſet, ne accidat, quòd quotidie experimento comperimus, & olim accidiſſe è re eſt ex Nouel. 34. ſub titulo. Ne quis quod agricolæ mutuam pe-

cu-

cuniã dedit illius terram detineat in præfactione, ibi: *Terrulas eorum abſtraxiſſe, & ex hac cauſa quoſdam colonorũ fugæ latebras petijſſe, alios fame eſſe necatos, & triſtiſsimam peſtem homines inuaſiſſe incurſione barbarica non minorem.* Appoſitè Saluianus lib. 5. de vero iudic. & prouid. Dei. *Plerique pauperculorum, & miſerorum ſpoliati reculis ſuis, & exterminati ab agellis ſuis, cùm rem amiſſerint, amiſſarum tamen rerum tributa petuntur, cùm poſſeſsio ab his receſſerit, capitatio non recedit.* Et ibi: *Domicilia, atq; agellos ſuos, aut perſuaſionibus perdunt, aut fugati ab exactoribus deſerunt; quia tenere non poſſunt, fundos viarum expetunt, & coloni diuitum fiunt.* Id quòd miſeræ gentes hodie patiũtur ob iniuriam Præſidum, magno cum clamore ſupplicantes, & lamentantes, vt de Cappadocibus ruſticanis oppreſsis Iuſtinianus profitetur. Nouell. 30. cap. 9. Sententia mea haud errauerint, qui omnino aditũ præcluſerint huiuſmodi alienationibus, in ſuper habẽtes quamlibet fucatam vtilitatem, quam prætegere ſolent Indi pellecti, & falſi ab Hiſpanis quibuſdam, vt decretum, ſeu licentiam vendendi extorqueãt; nã alienata terra ſuccedũt lacrimæ, miſeria, & pauperies, & ob amiſſas patrias ædes fugiunt in montana, deduntur otio, & crapulæ, & tandem triſtes, & ſpoliati vita decedunt, & ob exilem, vel minimam quantitatem inducuntur, & tuentur Hiſpani compoſitionis iure, in quo, & ipſa Regis Camera læditur: nam currente tempore, forſan ob diminutionẽ Indorum terra deuoluta ad Regium fontẽ pluris eſſet venditãda, vel meo iudicio locãda, pro iuſto, & cõſiderabili precio. Vnde ſua intereſt ineuitabiliter prohiberi *alienari quod poſsidere præualuerunt*, vt ait. Caſsiodor. 12. variar. cap. 9. Facilius patiar de vno in alium Indum terrulam applicatam transferri, quàm in extraneum, ſed omnino præcedente licentia gubernij, l. vnica, C. non licere habitatoribus metro com. li. 11. ibi: *Nõ licere ei, niſi ad habitatorem adſcriptum eiuſdem metro comiæ per qualemcumque contractum terrarum ſuarum dominium, poſſeſsionemque transferre.*

52 Occurrunt paſsim alia, nec inutilia pro Indis, quæ comprehẽſa videntur longo memoriali condito à D. Doctore Alberto de Acuña, cũ eſſet aduocatus Indorum, qui circũfertur vulgò cum decretis marginalibus D. Proregis Comitis de Cañete. Quæ videſis omnino.

53 Poſtremo vtilis eſt inſpectionis an locum habeat præſcripcio in præſenti, & quanto tempore compleatur, vt de ſeruiat pro titulo legitimo, nec poſſeſſor vti dominus factus per lõgi temporis capionẽ, poſſit inquietari, & compelli ad compoſitionem. Et quidem præſcriptioni dat locum Regis iuſſus, benignitaſque in dicta ſchedula, ann. 1591. & cap. 17. Regiæ epiſt. die 8. Martij, ann. 1589. ibi: *Y ſi los poſſeedores de las dichas tierras las huuieren tenido por tiempo, en que cõforme à derecho las ayan preſcripto, aunque no conſte de titulo de Virrey, y Audiencias, ni Cabildo, no tratareis de quitarſelas*, lib. 1. impr. fol. 69. Tempus verò quod requiritur, videtur eſſe quadraginta annorum, ex l. vltima, C. de fundis patrim. lib. 11. ibi: *Per quadraginta iugiter annos.* Obſeruat D. D. Ioann. de Solorzan. de Indiar. gubernat. lib. 5. cap. vnico, num. 94. cui addimus Couarr. in reg. poſſeſſor. 2. part. §. 2. num. 14. & Matienzo remiſiuè in l. 5. tit. 10. Gloſſ. 7. num. fin. Gregor. in l. 7. tit. 29. part. 3. verbo *quarenta años.*

54 Nec obſtat text. in l. Qui agros 8. iuncta l. Quicunque, C. de omni agro deſerto, lib. 11. vbi ad præſcribendum agrum, & excludendum dominum, ſufficit biennium: nam reſpõdetur ea iura procedere in præſcri-

cribente contra priuatum dominum deſerentem fundum, ac ſilentem per biennium, at contra fiſcum longiſsimum deſideratur tempus, nec minora ſufficiunt curricula.

55 Tandem vt omnino explicatus maneat text. in dict. l. In agris 16. D. de acquir. rer. dom ibi: *Quid in publico relictum eſſet*. retenta vulgata lectione, vt reſpuantur emendatrices manus Iacobi Cujacij, præſuponitur rempublicam, vbi enaſcitur dotandam à Principe, qui eſt pater illius Seneca de Clement. cap. 10. & ornandã, ac muniendam locis publicis, & immobilibus ad vſum publicum deſeruientibus, nimirum ſaltibus, cõpaſcuis, prædijs, vectigalibus, redditibus publicis, vulgò *proprios*, & cæteris, quæ ſunt in patrimonio Populi, l. 6. de contrah. empt. l. Inter publica 17. de verb. ſignifi. l. 1. de loco publico fruendo, l. 1. de locis & itineribus publicis, §. Vniuerſitatis inſt. de rer. diuiſſ l 6. §. 1. D. eod. tit. de paſcuis publicis, C. lib. 11. & tit. de diuerſ. prædijs vrbanis, & ruſticis templorum, Ciuitatum, & omni reditu ciuili, C. eod. Facit elegans locus in Nouell. 42. cap. 1. ibi: *Nos autem ex æquo ciuitatum curam gerere oportet, vt rerum fiſcalium.*

56 Sic in diſtributione fundorũ hoſtiliũ pars publico relinquebatur ad compaſcua, ſepulcra, templa, itinera, &c. Refert Giſanius in dict. l. in agris, num. 6. Oſſuald. dicto cap. 27 litt. F. Idem iubent Regiæ ſchedulæ, quæ agunt de diſtributione ſoli Perubici, præcipuè ea quæ iam eſt relata 1. Nouembr. ann. 1591. ibi: *He tenido, y tengo ſiempre voluntad de hazer merced, y repartir juſtamente el dicho ſuelo, tierras, y valdios, aſsignando à los lugares, y Concejos, lo que les pareciere les cõuiene, para que tengan ſuficiẽtes egidos, propios, y terminos publicos, ſegun la calidad de los dichos lugares, y Concejos*, l. 7. tit. 29. part. 3. ibi: *Plaça, nin calle nin camino, nin defeſa, nin egido, &c.* l. 3. & 8. cum alijs, tit. 7. lib. 7. Recopil. Quorum bonorum, ſiue redituum tractatum ad diuerſas quæſtiones traducunt interpretes.

57 Et quidem de eorum alienatione, & ſolemnitatibus, & an ſit neceſſaria Principis licentia Bobad. lib. 2. polit. cap. 16. numer. 153. & cap. 8. numer. 82. per l. 11. tit. 7. libr. 7. Recopilat. ibi: *Mandamos que la juſticia, y Regidores puedan dar tierras algunas, ſin preceder nueſtra licencia.* Vbi Azebed. numer. 5. Gutierr. lib. 4. pract. quæſt. 60. Ceuall. 3. tom quæſt. 749. numer. 35. licèt exiſtant refractarij Auend. de exeq. mandat. cap. 12. numer. 24. Caſtillo, de vſufructu, capit. 54. numer. 30. quos conuincit Ceuall. vbi ſupra, numer. 47. ex dict. l. 11 & l. fin. de vend. rer. ciuit. ibi: *Non aliter niſi imperiali authoritate vendatur.* Greg. in l. 15. tit. 8. part. 5. verbo *los egidos*. Villad. in cap. 5. inſtruct. in polit. fol. 142. numer. 11. Videndus Beſold. de ærario publico, cap. 7. numer. 2. & 3. Vbi cum Bodin. numer. 641. monet in conſulentes Principi venditionem prædiorum publicorum, vt ex eo vberiorem quæſtum referat, ne illis credatur, ne vt exequatur eorum conſilium, ne perdatur reſpublica, & peſſum eant populica.

58 Poſtremum ne quid intactum remaneat in hoc tractatu, quia agri ſolent inundari, & ob inutilitatem deſeri à veteribus poſſeſſoribus ſcire oportet, quòd ſi decennio inũdati maneant, habentur pro derelictis, & amittitur dominium in perpetuum.

59 Quo caſu Principes reducto ad eos iure veterum poſſeſſorum,

ſolent monere illos, vt ſiccēt agros & nouo aggere muniant, necnon illis deficientibus, creditores ius pignoris habētes, vel dominos iuriſdictionis, & his recuſantibus, ſiccandos locare cultoribus. Arnold. Vinnius in §. alia de rer. diuiſſ.

60 Nec ſordeſcat locus Papirij in l. Imperatoris 9. §. 2. de adminiſtr. rerum ad ciuit. Vbi manuducit curatores Ciuitatum ad retrahendos agros Reipublicæ, licèt à bonę fidei emptoribus poſsideantur. Facit etiam ſingul. text. in l. Qui ſolidū 78. §. 1. de leg. 2. ibi: *Cùm poſt mortem emptores venditionem Reipublicæ prediorū optimus maximuſque Princeps noſter Seuerus Auguſtos reſcindi hæredibus precio reſtituto iuſsiſſet, &c.*

61 Per ſimilitudinem alienationis, quæ verſatur in conſtitutione, cenſus nequeunt obligari illius nexu terræ Ciuitatis, ſine eadem Regia licentia, vt pluries ſe vidiſſe practicari in vtraque Chancellaria ſcribit D. Amaia in l. 2. C. de prædijs decur. lib. 10. num. 4. abolita ſolemnitate, dict. l. fin. quæ ſaltem Præſidis licentiam expoſcit conuocato Conſilio. Quamquam dict. l. 11. Recopil. limitare ſoleant, in cenſu reſeruatiuo, ad cuius conſtitutionem non requiri licentiā Regis affirmāt Rodr. de an. redit. lib. 1. quæſt. 14. n. 67. Auend. de cenſib. cap 68. num. 4. Hermoſill. lib. 15. tit. 5. part. 5.

62 Quod tamen poſsint vendi abſque Regia licentia etiam cōtradicentibus ciuibus, quando Ciuitas grauata eſt ære alieno, tenet Franquis, deciſ. 197. 1. part. Otero, de paſcuis, & iure paſcendi, cap. 11. in fine, cum Coſta de portione ratæ, & alijs ab eo citatis.

63 De bonis, & terris Ciuitatis, & an alienari poſsint à Rege, agit Caued. 2. part. deciſ. 18. Et quod eæ ſolùm Regis eſſe dicantur, quæ ſunt in territorio Regni, non applicato alicui Ciuitati, vel alij. Gregor. in d. l. 15. tit. 5. part. 5. verbo, *Jon del Rey*, in fine, ex Socino in l. 1. col. 4. de acq. poſſeſſ. & Iaſſ. in l. Rem, quæ nobis col. 7. eod. tit. de præſcriptione earum, & an, & quatenus procedere poſsit, latè Greg. in dict. l. 7. tit. 29. par. 3. verbo *plaça*. Balb. de præſcript. fol. 61. col. 2. verſ. ſextus caſus. Platea in l. Si quis Decurio, C. de Decurion. lib. 10.

64 De libro vbi ſunt ſcribēdæ rationes redituum publicorum, & terrarū, ac fructuum Ciuitatis, eius neceſsitate, & praxi, vt exhiberi poſsit congrua forma, cum Rex eas videri vellit in ſuo Conſilio, l. 9. tit. 19. p. 3. & ibi Greg. verbo *Si el Rey*, vbi meminit text. in l. Securitates, C. de ſuſcept. lib. 10. Auth. de collat. §. Iubemus, collat. 9. l. 22. tit. 3. lib 6 Rec.

65 De obligatione qua Princeps tenetur ad iubendum, vt rationes rerum publicarum, & earum redituum ſummantur. Auend. in cap. Prætorum 2. part. cap. 10. numer. 33. Burgos de Paz, in l. 3. Tauri, numer. 451. Bobadill. lib. 3. cap. 3. n. 35. & lib. 5. c. 4. nu. 1. & apud nos, de hac re eſt ordinatio quædā huius Senatus numero 50. ibi: *Item, que vn Oydor en cada vn año por ſu turno, començando por el mas nueuo, que reuea las cuentas que tomare el Cabildo de la Ciudad, donde reſidiere la nueſtra Audiencia.* Conſonat Regia ſchedula, dat. Matriti, die 26. Maij, anno 1473. libr. 1. impreſ. fol. 77. Plinius Secundus, lib. 10. epiſt. 20. excitatus fuit ad eas ineundas ab Imperat. Traiano, his verbis. *Rationes tamen in primis rerum publicarum excutiendæ ſunt*, l. 1. C. Vbi de ratiocinijs, melior text. in l. De his, C. de Epiſcop. aud. vbi optima ordinatio Cal-

cu-

culorum, latè, & plenè Villadiego, in cap.5. inſtruct. fol.142. num. 24. in Politica, Caſtillo in l.27. Tauri. Euia in Laber. lib.2. cap.9.

66 Quod deleta, ſeu aratrum paſſa aliqua ciuitate, ſiue communitate, vt quotidie accidit in municipijs Indorum, terræ, & illius bona fiſco applicari debeant, explicat Gail, lib.2. obſer.61. D. Solorz. latè, & ſcitè de Indiar. gubern. lib. 2. cap. fin. numer.39. fol. 616. verum vniuerſitate redeũte, vel ad vnum ciuem, in quo ius omnium reſidere videtur, aliud iuris ſtatutum comprobatur, in l. Sicut 7. §. 2. quod cuiuſque vniuerſit. Cui conſonat cap.15. epiſt. Regiæ ad D. Principem Schillacenſem, anno 1620. Innocent. in cap. cùm ex iniuncto, num.2. de nou. oper. nunt. Coſta de Portione ratæ, quæſt. 186. numer.7. Si quidem Indi diſperſi, & diuagati tandem reduci poſſunt ad colendas, & inhabitandas terras derelictas.

# CAP. XXVI.

## CASVS XXIII.

## De venditione & impoſitione cenſuum, ſeu redituum tributorumve ſuper arcas Regales pignori obligandas, vt ſorte iubetur, & ſuccurratur Regia Maieſtas.

*De la vẽta, y impoſicion de cenſos, y juros ſobre las caxas Reales, obligandolas al ſeguro de los reditos, y tributos de ellas, porque ſu Mageſtad ſea ayudado, y ſocorrido cõ el principal*

1 POſtquam grandia, & aſsidua bella, quibus vndique premitur Rex noſter potentiſsimus induxere, vt ſuper arcam Regalem Limenſem imponerentur annui cenſus recepta pecunia à priuatis eorum emptoribus, qui eam ei inferrent, venditio horum redituum eſt aſsidua, & non ingrata ementibus, ex eo quia Regis ærarium ſemper eſt perpetuum, & indeficiens, nam proinde dicitur fiſcum ſemper ſoluendo eſſe, ex vulgatis, l.2. D. de fund. dotal. ibi: *Quãuis fiſcus ſemper idoneus ſit.* Qui caſus etſi expediri iubetur per arcarios, tamen D. Prorex conſulitur vti caput adminiſtrationis, & procurator Regiæ gazæ, & reditus reſpõdẽt ad rationem communem quinque pro centum, vt continetur pluribus Regijs ſchedulis ad id expeditis. De quo videndus D. Larrea, alleg. fiſc. 25. num.16. & 17. qui meminit decreti ſupremi Conſilij Caſtellæ, anno 1636. circa venditionem redituum annuorum ſuper ſiſis, quas milliones dicimus, ad rationem vnius pro viginti: vbi etiam diſcutit, quòd licèt minori precio non poſsit Rex cenſum vendere, adeò vt quantumuis, vrgente ærarij indigentia, aliter excedens cõtractus fœneratitius cẽſeri debeat ex bulla Pij Quinti, Lupo, Soto, & qui eos refert Cenſio de cenſibus 2. part. cap. 1. quæſt.1. art.4. cum alijs relatis à doctiſsimo Barboſa in collectan. cap. quoniam, de vſur. Tamen cenſum iam ſemel ex legitimo precio conſtitutum minori precio, vel maiori poſſe vendi affirmat, ex Couarr. tom.2. variar. cap. 1. numer.153. Nauarr. de vſur. num. 112. Giurb. deciſ.117. num. 8. Gutier. lib.2. pract. quæſt.173. in cuius comprobationem tradit dictus D. Larrea, num.2. dict. allegat. anno 1641. Regem noſtrũ negotiatoribus prædictos iuros dediſſe ad rationem decem, & ſex procentum. Conferunt, quæ in ſimili tradit Alexand. Raudenſ. deciſ. 44. à num. 21. Vbi ait, quòd venditio redituũ Cameræ, ceu fun-



UNED

functionum fiſcalium, poteſt fieri à gubernatore, tanquam à Principis procuratore, ad quindecim pro centum mercatori, vt reſoluit Ponte, conſ. 54. & 53. vbi arguit à conſuetudine, etſi non oſtendatur ſpeciale mandatum, immò quod, & ad rationem quadraginta pro centum fiant paſsim partita cum mercatoribus, cũ aliter nõ poſsit ſubueniri Regno in magno diſcrimine conſtituto, de quo quaſi deſperabatur, nec pecunia reperiebatur, ob bellorum pericula; & defendit venditionem cuiuſdam officij à Prorege factam, & grauiter inuehitur contra fiſcales, qui obſunt Regi, dum prodeſſe putant, dict. conſ. 52. col. 2. & col. 10. ſub verſ. quarto. Raudenſ. dicta deciſ. 44. à num. 21.

2 Habemus tandem exemplar contractus, & conſtitutionis cenſuũ hoc genus, quòd attinet ad arcas Regias Regni Peruani, ſuper quibus Rex noſter præcepit vendi, & imponi triginta & quatuor millia ducatorum redditus redimibilis, & partite eorum 20U. ſuper arcam Limẽſem, 10U ſuper Potoſinam, & 4U. ſuper Quitenſem, qualibet earum tenenda inſolidũ ad integræ ſortis ſatisfactionem, per Regiam ſchedulã, dat. Matriti, die 17. Septembr. anno 1639. ſub quibuſdam conditionibus, & priuilegijs, quæ hic ſummatim exprimuntur.

3 *Que ſe haga la venta de los dichos juros con igual antelacion, ſin que por razon de ella puedan tener mejor derecho los vnos, que los otros, para ſus cobranças.*

4 *Que los compradores los puedan vender, trocar, cambiar, y enagenar en qualeſquier perſonas, ſeglares, Ecleſiaſticas, ò Monaſterios, y perſonas de fuera de los Reynos de ſu Mageſtad, ſin que por eſta venta paguen alcauala à ſu Mageſtad, y lo miſmo ſe haga con los que compraren ſegunda vez, que es el eſtilo que ſe guarda en los priuilegios de los juros de Caſtilla.*

5 *Que los reditos ſe ayan de pagar por tercios de cada año, el primero en fin de Abril, el ſegundo en fin de Agoſto, el tercero en fin de Diziembre, con mucha puntualidad.*

6 *Que ſu Mageſtad, y los ſeñores Reyes que les ſucedieren, puedan redimir los dichos juros, pagando à los dueños primeramente el precio principal, que por ellos huuieren dado, al reſpeto de la miſma moneda, liga, ley, y peſo, y valor que al preſente corre, y en que ellos lo huuieren dado, ò ſu valor, con que de vna vez no ſe pueda quitar menos de la mitad de cada juro.*

7 *Que los dichos juros en los compradores de ellos, ni en ſus ſuceſſores, ni otros poſſeedores, no ſe puedan perder, ni ſer confiſcados, por ningun delito que cometan, ni por via de repreſalia, ni en otra manera, aunque ſea para la Camara, ſaluo en crimen de leſa Mageſtad, heregia, y pecado nefando.*

8 *Que ſe puedan heredar los dichos juros, aſsi abinteſtato, por herederos legitimos, como ex teſtamento.*

9 *Que ſe empeña la palabra Real, de que en ningun tiempo ſeràn tomados, reuocados, embargados, ni ſuſpendidos, ni ſe pondrà ningun impedimento, por neceſsidad publica, ni particular, ni otra alguna.*

10 *Que las perſonas que compraren los dichos juros, ayan cumplido con entregar el precio de ellos à los oficiales Reales que ſeñalare el Virrey, tomando carta de pago.*

11 *Que el Virrey pueda añadir las condiciones que le parecieren conuenientes à encaminar eſte negocio, y que los Contadores paſſen en cuenta à oficiales Reales los reditos que pagaren de los dichos juros. Fecha vt ſupra.*

12 Prætereà D. Proregis Comitis de Chinchon extat exemplum,

non leue, nec obliterandum quoad præſentem tractatum, ſiquidem ille ex arca cenſuum Indorum ſumpſit centum millia peſorum, remittenda ad Hiſpaniam, vt iuuaretur eis Regia Maieſtas, impoſitis reditibus huius ſortis ſuper ſtationem niuatiam, & hydromellicam, quod adprobauit ſupremum Indiarum Conſilium in cap. epiſt. data die 30. Maij, anno 1640.

# CAP. XXVII.

## CASVS XXIV.

### De retaxis, ſeu æſtimis commendarum Regij patrimonij.

*De las encomiẽdas de la Corona, y ſus retaſſas, y reuiſitas.*

1 ACcidit ſæpiſsime, vt Cõmẽdæ Regiæ Coronæ exinanitæ ob defectum, abſentiã, peſtẽ, ſiue mortem Indorũ, quos ditum omen in ſequitur, egeant noua peræquatione: & hic caſus corã D. Prorege in gubernio proponitur; & ille iuxta preces, & relationem expedit litteras, vulgò *de reuiſita*, l. ſi in Prouincia 13. C. de annon. & tribut. libr. 10 ibi: *Nec releuatio, vel deminutio perpetuò, vel ad tempus, nec inſpectio, nec peræquatio fiat aliter quàm ex ſcripta iuſsione Principis.* Sed notari debet huiuſmodi preces, & petitionẽ non admitti, proponentibus illam Indis priuatis, gregarijſve, quia in re tanti ponderis neceſſe eſt, vt vniuerſitas illius Cõmẽdæ, ceu maior pars illius cum gubernatore, & duce concurrat, & in vnum conueniat, vel tandẽ Protector generalis nomine ipſorum, dict. l. ſi in Prouincia, ibi: *Priuati autem ijs de rebus preces ne porrigant.* Conſonat prouiſio ordinaria D. Proregis D. Ludouici à Velaſco, ibi: *Por la qual mando, que el repartimiẽto, ò pueblo que pretendiere que ſe reuiſiten los Indios de èl, por falta de los Indios, ſeã obligados à traer, y traigã certificacion de ſu Corregidor, ò de los Sacerdotes del tal repartimiento, ò pueblo, de como auiendo juntado el comun de èl, conuino la mayor parte en que ſe pidieſſe la tal reuiſita.* Argum. l. 46. C. de decurion. lib 10. l. 3. D. Quod cuiuſque vniuerſ.

2 Ad hoc munus apti miniſtri ſunt eligendi, qui probata fidelitate, & prudẽtia polleant; ne ex ſtultitia miſſi peræquatoris, plurima, quæ imminet dãna ſuboriatur. Ex quibus haud leuius illud, quod ex iterata reuiſitatione, ob nullitatem, ceu vitia anterioris æſtimi, Indi onerãtur, nouis ſumptibus, & expenſis. Sic Regia ſchedula Monzonis, die 23. Auguſt. an. 1585. lib. 2. impr. fol. 161. iubet ob vitanda dicta inconueniẽtia, ne alij quàm Senatori, qui iuxta ordinationem Senatus ad luſtrationem terræ quotanis, exire tenetur, hoc munus committatur, exẽplo Romanorum, quorum iure per probum, & expertum officialem, qui officio per æquatoris fungebatur, cataſtrũ fiebat, l. ſi per æquatore, C. de cenſib. & cenſit. lib. 11. Bald. in l. 1. 2 notab. C. de apochis public. lib. 10. Clapecrijs cent. cauſar. fiſcal. c. 36. quæſt. 2. num. 3.

3 Rurſus monent Regiæ ſchedulæ, & præcipuè quædam Matriti, die 26 Februarij, anno 1563. lib. 2. impr. fol 164. ne id cõmittatur perſonis, quæ quouis modo aliquid vtilitatis, vel iuris prætendere poſsint in Commenda reuiſitanda, ne earũ compendium in Indorum diſpendium declinet.

4 Tandẽ vbi Senator hoc munus exequi nõ poteſt prouiſum eſt, ne iudicibus particularibus, qui plerumque ambiunt ſalaria, & funem

 Com-

Commiſsionis protendere ſatagũt; ſed ipſis Prouinciæ Rectoribus committatur, non alio, ob id percepto, ceu aſsignato ſalario, quàm conſueto, & officio annexo; vt videre eſt per quamdam Regiam ſchedulam, expeditam die 23. Decemb. an. 1595. quam tranſcriptã inuenimus in quodam libro hujus Regalis laterculi, nuncupato *de la Euilla*.

5 De tempore quo vtiliter peti poſsit, & obtineri reuiſitatio à D. Prorege ob diminutionem tributariorũ nõ immerito quæri ſolet. Ego iure communi inuenio eam expdiẽdam abſque fræno cuiuſuis termini temporalis quotieſcumque defectorum leuamen expoſcit, l. Omne territorium, C. de cenſibus, & cenſit. lib. 11. Quia vt in propoſito, ait Franc. de Claper. cauſ. 36. quæſt. 2. in Cent. cauſar. fiſcal. num. 5. & 6. de iure non eſt conſtitutum certum tẽpus faciendæ huiuſmodi peręquationis: quia hoc lege non poteſt diſiniri, ſed ipſa neceſsitate quoties occurrit, licèt repetita, Plin. 2. lib. 10. epiſt. 9. ad Trajanum *continuæ ſterilitates cogunt de remiſsionibus cogitare*. Et ſecundùm augmentum, vel diminutionem rerum, l. forma 4. §. illam D. de cenſ. l. 4. C. de allubion, notat Bart. Bald. & Ioan. de Platea in dict. l. Omne territorium.

6 Iure autem noſtro municipali tempus petendi diſcuſsionem nouam, ceu æſtimum coanguſtatũ eſt ad triennium, iuxta ſchedulam, datã Matriti, die 1. Iunij, anno 1567. lib. 2. impreſſ. fol. 164. Quo expectant verba D. D. Ioann. de Solorz. digna memoratu, lib. 1. de Indiarum gubern. cap. 20. num. 11 ibi: *Quàm obrem non niſi propter prouincialis mortuos, vel depauperatos, vel ſimilem nouam cauſam æſtimum, & diſcuſsionem fieri debere* docet. Bart. in l. Placet, num. 27. C. de ſacroſ. Eccleſ. quem alij Doctores communiter ſequũtur. Et ſchedulæ Regiæ, quarũ ſupra meminibus, inter quas reperitur vna, data Matrit. 1. Iunij, ann. 1562. d. 2. tom. pag. 164. quæ regulariter trium annorũ lapſum, ſuper vltimam computationẽ Indorum requirit, vt noua alia fieri poſsit. Quod tamẽ limitat, niſi probetur mortalitate, vel alia calamitate plures Indos defeciſſe, aut alio modo eorum intereſſe nouam peræquationem fieri; vt diſponitur in alia ſchedula, Matriti 10. Maij, ann. 1542. eodem tom. pag. 162.

7 Proſequitur inſuper num. 14. aliquorum interitum ad impetrandam remiſsionem non ſufficere, cũ alij eorum loco nati, & ſubrogati cenſeri poſsint, vt in eiſdem ſchedulis expreſsè deciditur, & in ſimili probat text. in l. verus, de vſufr. §. In pecudum, inſt. dict. & dict. ibi: *In locum demortuorum capitũ ex fœtu fructuarius ſummittere debet.* Et ratio pẽdet ex eo, ne facilitas quærula Indorũ in expetẽdo leuamine eo rem perducat, vt iteratis intẽpeſtiuis diſcuſsionibus, paruo tempore, ad tenues, vel nullos redditus commenda redigatur.

De las encomiẽdas de la Corona, y ſu retaſa y reuiſita.

8 Expedita prouiſione Gubernij ad diſcutiendos, & reuiſitandos populos Cõmendæ, eiuſq; tributarios fiſco obligatos, citari debet Regius Patronus, & Rationales arcæ in cuius iuriſdictione dicti populi iacent, ſic iubet Regia ſchedula, dat. Corduuæ, die 9. Martij, an. 1570. l. Si fiſcus 7. D. de iure fiſci, vbi quoties fiſcus poteſt præiudicari, debet citari eius aduocatus, l. Defenſionis facultas, C. de exacti, tribut. lib. 10. Plin. 2. lib. 10. epiſt. 90. ad Traian. ibi: *Adhibitis Gemellino, & Epimacho liberto meo, procuratoribus, vt æſtimatis his quæ, &c.* Id quod adſtruitur generali dicterio, quo monemur citandum quemuis ad actum, ex quo in eum reſultare poſsit aliquod præiuditij, l. 47. de re. iudic.

iudic.l.etiam ſi patre 29.§.fin.de minor.ibi: *Cùm non euocatis creditoribus*, l.incautæ 13. D. eod. ibi: *Cauſa enim cognita, & præſentibus aduerſarijs*, l. Nam, & ita 39. de adopt. ibi: *Adhibitis etiam his, qui cõtradicent, id eſt, qui læderentur confirmatione adoptionis*, l. vlt. C.ſi per vim.l.4.C.de dilat.auth. ſi omnes, C.ſi minor ſe ab hæredit. abſtin.cap.inter 8.de maior.& obed. cap.qualiter quando 24 de accuſat. Clement.paſtoralis 2.§.Cæterum de re iudicat. Couarr.pract.23. num. 6. Menoch. 1. de arbitr. quæſt.17. numer.5.citat plures ad nauſeam Hillig.in Donell.lib.23.capit.2. per totum. Nam nec Diabolum, ſi iudicio verſari poſſet, inauditum, & inuocatum damnari fas fore putat. Scaccia libr.1.de iudic. cauſ. ciuil.capit.88. num.2.

9 Peræquatio autẽ actus eſt præiudicialis, & neceſſariò citationẽ requirit cuiuſuis, qui ex ea lædi poteſt. Ioann.de Platea, in l.ſi peræquatore, C.de cenſ.lib.11. per illum textũ, allegat notata in l.ſi quis in 2. reſp. C.finium reg. Facit text. in l. cenſualis cum lege ſeqq.C.de donat. & l.forma, §.ſi cum ego decens, & l. Quæ quiſq; de acq.rer.dom. Quibus iuribus probatur per Franc.de Claperijs cauſ. 36. quæſt.1.in 2.deſcriptionem, vel æſtimum prædiorum nõ nocere poſſeſſori, qui non fuit vocatus, & addit Paulum de Caſtr.in l.Solemnibus, C.de rei vendicat. & dict cauſ.36.quæſt.2.num. 9.ait: *Et hæc deſcriptio debet fieri preſentibus, vel legitimè citatis poſſeſſoribus*.

10 Poſtquam verò fiſci Patronus & Regij arcarij citati fuerint, debent eligere, & nominare ſubſtitutum, qui eorum locum ſubeat, & in cunctis actibus contingentibus diſcuſſionẽ Cũ mendæ Regiæ Coronæ interuenire poſſit, & perſonaliter, cũ diſcuſſore luſtret populos, & citetur ad quemuis actum huius ſcenæ, argumento eorũ, quæ tradit Hipol. de Marſilis, ſing.75.Gail.1. obſeruat. 48.nu.1.& 2.Scaccia l. 1. de iudicijs, cap.88. de citat. neceſſaria in ſingulis act.cauſæ.

11 Diſcuſſor in manu habens vetuſtam, & præcedentem deſcuſſionem, ceu matriculam tributariorũ, ſingulorum init rationem; & quis deceſſerit, vel ſuperſtes ſit, examinat attentè, quo in caſu nemo nõ videt, quàm neceſſaria ſit partis fiſcalis citatio. Nam Cazici plerumque, vt occultent tributarium, & eum clam exagitent, exigantque ab eo tributũ, & *mitam*, varijs commentis mortuũ eſſe perſuadent; cum re vera ſit inter viuos. Quem abuſum, ſiue figmentum continuò in iſtas reuiſitationes obrepere multis experimentis comperi, qui iam in Prouincia Xauxenſi cùm Correctorem agerẽ, ad inſtãtiam delatorum detexi, multos Indos viuentes, deditos pro mortuis in vltimo æſtimo. Quia doctrinarij quadam impia pietate moti, & officio inofficioſo perſuaſi pro bono facto habent concedere recauta mortis ea petentibus, vt ſic à numero tributariorum, & mitaiorum eximãtur. Quod qua ratione, ceu Theologia faciant ego nõ video, cũ quomodolibet tributa Regia vſurpãtes læthaliter peccent, & ad reſtitutionem teneantur. Vt nos alibi. Ergo quòd dictus diſcuſſor tenetur facere diſcuſſis hinc inde recautis, & rationibus ſingulorũ naturalium, in hoc ſummatur, cõprehẽditurve, nimirũ, vt cõficiat breues, vulgò *Padrones* omnium tributariorum cum declaratione nominis, & ætatis, & familiæ, ceu *Aillo*, iuxta l.23.tit. 18. part.3. *O que recauden tales marauedìs, ò que fagan tal padron*. Vbi Gregorius, ait quod *padron*, dicitur liber tributorum, quod de iure cõmuni tradi debet

bet exactori, l.1. vbi notat Platea de exact. tribut. lib. 10. Romanorum autem iure *breues* dicebantur iſti libelli, ceu *Padrones*, l.3. C. de canon largition. tit. lib. 10. l.1. de apoch. public. C. eod. l. Excellẽtia 9. C. de erogat. milit. annon. lib. 12. l.1. C. de collegiatis, & Chartoprat. lib. 11. verſ. *Quod autem ſupra numerũ, qui in cautis breuibus continetur, &c.* Extat integer titulus inſertus à Gothofredo Codicis lib. 1. ſub tit. 42. de quadrimenſtruis breuibus, eſt ſimilis titulus lib. 11. C. Theodoſiani, de quadrimenſtruis breuibus, & ſub eo ſingularis conſtitutio Theodoſij, Arcadij, & Honorij. Caſsiod. lib. 1. epiſt. 31. Sidon. lib. 4. epiſt. 11. Cuiac. in l. 5. C. de probat. Dicti autem quadrimenſtrui, ſunt ex eo quod ſingulis quatuor menſibus recogniti, & renouati iuſtam exactionẽ ex recognito numero inducebant, à quo nefas excedere ſicuti à quantitate taxata: colligitur hæc obſeruatio ex enuntiatis ab Imperatore in dict. l.1. C. de apochis publicis, & deſcription. curialibus, Cuius ratio non alia, quàm ea ab eodẽ ſignata. *Vt nihil ad releuationem locupletum, atque inopum perniciem pertentaretur.* Neve iam expeditis deſcriptione, & breuibus, ſpatio ſingulorũ quatuor menſium obſeruandis, minuendæ actionis ad ſacrũ pertinentis ærarium, aut trãsferẽdi ad arcarios, aut quoſlibet alios extraneos titulos aliqua licẽtia permitteretur, vt loquitur Imper. Leo, & Anthem. in dict. l.3. §.1. C. de cãnon. larg. tit. lib. 10. Id quod maximè intereſſet obſeruari apud Indos meos, ſicuti iuſſum reliquit D. D. Frãciſcus à Toleto in quodã capite *de las nueuas taſſas.* Ille enim, qui non tàm pedibus, quàm laudibus peragrauit iſtas Prouincias (vt de Traiano vſurpauit Plinius ſecũdus) inter alia prudẽtiſsimè prouiſa, & illud, vt ſemeſtres breues conficerentur à Correctore adlectis doctrinarijs, & citatis Commendatarijs, & coram tabellione prouinciæ eximeret è numero tributariorum præcedentis padronis, qui mortui eſſent, argumẽto text. in l. forma 4. D. de cenſib. ibi: *Nam ſi vites mortuæ ſint, vel ſi arbores aruerint, iniquum eſt non eximi numero.* In locum autem demortuorum capitum ſummitteret pueros, qui ætatis tributariæ tunc compotes inuenirẽtur, §. in pecudum, inſta de rer. diuiſ. hoc eſt, qui decimum, & octauum annũ attigiſſent, niſi ante eũ nuptias contraxiſſent, nam ab eo tempore collationi cenſuali, & functioni tributariæ ſubdũtur lege municipali. Docet hanc praxim eruditiſſ. Chriſtoph. Beſold. in Theſaur. pract. lit. H. num. 47. ibi: *Dominus poteſt certos officiales conſtituere, qui homines proprios, & eorum deſcendentes ad vnum omnes habeant ſpecificè conſcriptos, mortuos ex albo deleant, ſupervenientes annuatim addant admortuariorum, & aliorum, ad quæ pro more regionis homines proprij ſuis Dominis tenentur, præſtationem illis fideliter admoneant, &c.*

12 Non longè hi breues, ſi benè meminiſti à breuiculis, quibus olim militum nomina continebantur; nã in eis diſtincta deſcriptio mortuorum exemptorum, & ſuperſtitum remanẽtium, qui diuerſa nota diſcernebãtur. Nam T. nota in capite verſiculi poſita ſuperſtitem deſignabat. O. verò ad vniuſcuiuſque defuncti nomen apponebatur. Gaſp. Barz. aduerſar. lib. 44. cap. 7.

13 Concluſa reuiſitatione, & cõfectis breuibus tributorum, qui ad Gubernium, vnde emanauit commiſsio, mitti debent, ſit computum à Calculatore retaſſarum, & eo confirmato à D. Prorege, & inſerto in eius litteris, expeditur prouiſio, quã de retaſſa dicimus. Cuius ſeries fe

re

re depicta videtur in dict. l. 13. de annon. & tribut. C. lib. 10. ibi. *Si Prouincia, vel Ciuitas releuationem petat animalis functionis, vel inſpectorem, aut per æquatorem, referat petitio ad Principem, eiuſque adbitrio idoneus mitta tur prius iure iurando; ex cuius tamen relatione facta præfectis prætorio, non aliter forma vlla detur, quàm ſi præfecti ea omnia, quæ ab eo didicerunt, & quæſierunt Principem edocuerint; atque ita ſacra proferatur forma modis omnibus obſeruanda.*

## CAP. XXVIII. CASVS XXV.

### De Laterculo ſeu libro rationis omnium membrorum, vel redituum rei Dominicæ.

*Del libro de la Razon de todas las rẽtas, y miẽbros de la Real hazienda, y del oficio del Cõtador della.*

1 INcipit Caſus 26. obliteratus longo, & æruginoſo, vt ita dicam ſilentio, ſed dignus, vt reſtituatur ad ſuum antiquum nitorem. Qui verſatur in confectione libri *dela razon*, omni tempore commendati Dominis Proregibus, vti adminiſtratoribus generalibus Regiæ gazæ, quæ me hercle maximum incrementum capiet ex eius renouatione, ille enim dirigit, indicat, oſtendit quouis temporis puncto, quo in ſtatu, & ratione inueniantur Regij redditus, debita, fideiuſsiones, cautiones, exactiones, in crementa, vel diminutiones. Propterea non ſemel præceptũ eſt, vt illum librum conficiat gubernator, ſecumque habeat, & ſe aſsiduum lectorem immò, & recoctum illius magiſtrum in cæteros adminiſtros profiteatur. Et quidem res bono omine incepit conſultatione D. D. Franciſci à Toleto, qui nihil errauit in adminiſtratione huius gubernij. Notatur ex cap. 24. Regiæ epiſt. die 30. Decemb. ann. 1571. *Quant o a lo que nos auiſais conuiene aya cabeça en lo tocante à nueſtra hazienda en la Ciudad de los Reyes, donde aya libro de Razon, adonde los de màs oficiales de la tierra la huuieſſen de dar. De cuyo libro ay correſponſion con los demàs, por la mala orden que ha auido con la adminiſtracion de nueſtra Real hazienda, mandaremos tener memoria de ello, y ſe proueerà lo que conuenga.*

2 Formauit hunc librum dictus Prorex vti neceſſarium, ac valde vtilem Regij patrimonij adminiſtrationi, & eum approbauit ſua Maieſtas, his verbis, in cap. 9. cuiuſdam ad eũ Regiæ epiſt. die 1. Decembr. anno 1573. *Bien nos ha parecido lo que dizis vais ſacando de cada Ciudad en vn libro toda la hazienda Real que ay, con diſtinciõ de las coſtas, y gaſtos que tiene, y la orden que dexais à los oficiales del beneficio de ella, y los tiempos en que han de hazer las pagas, para que ſe pueda traer en cada flota, y no aya rezagos, ni deudas, ni en caxas de difuntos; y de la parte que à los oficiales de cada Prouincia tocare à la hazienda que tienen à cargo; y tengan libros de Razon, que correſpondan con el general, que ha de eſtar en poder del Gouernador, aſsi lo hareis executar.*

3 Et in alia epiſt. eiuſdem, anno 1573. eidem fuit reſponſum in hæc. *Ha parecido bien lo que dezis, que auiẽdo reſultado del quaderno de la Real hazienda hazerſe libro de la Razon de ella, por la orden que ſe tiene en eſtos Reynos, lo hariades proueer, y que ninguna coſa ſe deſpache ſin que ſe tome la razon, aſsi lo ireis executando.* Liber hic inualuit (ni fallor) tempore Romanorum, & vario nomine inſignitus, fuit continuatus ab Imperatoribus, ſed ortum debet Tiberio, qui condidit librum, ſi Tacito credimus lib. 1. Annal. in quo

quo ſcripta erant membra rei familiaris,& publicæ,milites,naues, regna,prouinciæ, tributa, largitiones, manu ipſius Auguſti exarata. Idē refert Tranquilus cū Dione, c.28.qui eum *Rationarium*, & *Breuiarium* totius Imperij cōpellat. Et cùm Auguſtus de renūciando Imperio cogitaret,in quodā conuentu, quem domui habuit omnium Magiſtratum, & Senatorum,eis tradidit illū, eius vtilitatem valdè commendans. De hoc eodē libro, ait Seneca olim nūcupatum *Summarium* retentum, & obſeruatū à cæteris Imperatoribus, qui *Notitiæ* nomenclatura cū auxerūt,omnia officia,Magiſtratus,&dignitates addētes. Aliū cōgenerē reliquit Cōſtantinus ſuo filio, & ſucceſſori Romano, qui eum in eminentiori parte ſuæ numeroſæ bibliothecæ collocauit. Girald. hiſt. poetica, dialog.5. Ioan. CoKier. in Theſaur. polit. lib. 2. cap.21. Qui addit hæc. *Hunc librum Veneti nimio diligentius ſeruant quam Pici ſuum aurum.*

4 Exēplo libri memorati alius fuit cōditus,in quo perſonæ,quæ ad dignitates comprehenſas in illa *Notitia* erant promotæ,ſcribebantur:illique inditum fuit nomen Cōmentarij Principis à Iuriſcōſultis,cuius veſtigia extant in l. Abeſſe 32. D.ex quibus cauſis maior.ibi: *Aut in commentarium Principis delati ſunt.* Iuncta interpretatione Frōtini lib.2. de aquæduct. Perrenon.2. animaduerſ. quos citat, & ſequitur Oſſuald. lib. 21.comment.cap.5.lit. G. Vſus fuit eodem libro Trajanus Imperator, vt videre eſt ex eius reſponſo, & epiſt.102.lib.10. ad Plinium ſecund. ibi: *Referri in commentarios meos iuſſi.* Necnon Aſuerus Rex, vt in lib. Eſther.cap.12.conſtat,ibi: *Rex autem quod geſtum erat ſcripſit in commentarijs.* Quamquam non ignoro *Commentarium* itidem dictum eſſe illum codicem,vbi memorabilia ſub compendio notabantur. Cuius libri aliquando fuiſſe officialem Vlpianum Conſult.refert Spartianus in Peſcenio Nigro. Et Cicero ſcribens ſuo Tironi,lib.16.epiſt.21.eiuſdem libri fecit mētionem,ſuique muneris eſſe illum ſcribere, & ab eo Græcum tranſcriptorem poſtulauit, ibi: *In ex ſcribendis hypomnematis multum mihi eripitur curæ,&c.*

5 Refert magnus noſter D. D. Laurent. Ramirez de Prado in Pentecont.cap. 12. Verum de hoc libro rationis,& inſtructione, quæ condita fuit à D. Prorege D. Franciſco à Toleto,fuſiùs alibi.

# CAP. XXIX.

## CASVS XXVI.

### De aſsignatione locorum, oppidorumve, in quibus reponendæ ſunt arcæ Regales.

1 PRæfigere,& aſsignare loca, vbi arcæ Regales collocari debeant ad recolligēdos theſauros Regi debitos in quauis Prouincia, incumbit adminiſtratori maiori,eiuſdemque erit eas transferre, & mutare, vbi temporis ratio illud expoſtulauerit,aut ſi conuenerit aliquam earum tollere,non aliud arbitriū expectatur,quàm Domini Proregis. Caput 24. Regiæ epiſt.die 6. Februar.ann.1571.ibi: *Muy bien me ha parecido lo que dezis, cerca de las cabeçeras que queriades ſeñalar donde ayan de acudir los oficiales que tienen à cargo alguna renta de poca cantidad,para que ſe recojan los dineros, y alcances en las caxas Reales, y de difuntos.* Et caput 8. Regiæ

*De los lugares dōde ſe han de poner arcas Reales, cuya diſpoſiciō toca al ſeñor Virrey, y el mudarlas ſiempre que cōuenga.*

giæ epiſt. die 30. Decembr. ann. 1571. *En lo que apuntais del poco aprouechamiento de los oficiales de Piura, y valor de los quintos; y que no ay neceſsidad alli de marca Real, por auerla en Loxa, y en el puerto de Paita, que toman todos los nauios; y la mayor parte de la gente ſe va por tierra, que eſtà diez y ocho leguas, proueereis lo que mejor os pareciere conuenir, con la menos coſta de nueſtra hazienda.* Claues itidem addere, & ſecurioris cuſtodiæ cauſa huic, vel illi adminiſtro tradere eiuſdem eſt poteſtatis proregiæ capite 6. citatæ epiſt. 30. Decembr. ann. 1571. ibi: *Eſtà bien lo que dezis auer ordenado, de poner en Guayaquil nueuo Corregidor, que tenga à ſu cargo la llaue de la caxa, y aſsiſta à los negocios de nueſtra hazienda.* Ex eiſdem laticibus dimanat poteſtas diuidendi, & ſeparandi ab aliqua arca Regali adminiſtrationem alicuius membri rei dominicæ, & eam aliæ commẽdãdi expeditioris exactionis ergo l. Caius 86. §. Titius, de legat. 2. l. Si is 31. §. fin. de excuſat. tutor. l. 3. §. 8. & 9. & l. 4. de adminiſtr. tutor. Vt ecce tributorum Regalium Prouinciarũ Pariæ, & Carangas exactio, quæ longæuo tempore muneris, & curæ arcariorum Potoxienſium fuerat, his annis officialibus villæ, & arcæ de Oruro commiſſa eſt. Prætereà arca Regia, quæ ſita erat à tempore D. Marchionis de Guadalcazar in ſitu de Bombon, tranſlata eſt tempore D. Comitis de Chinchon ad populum *S. Matthæi*, Prouinciæ de *Guarochirì*, propter meliorem temperiem, & opulentiora metalla, quæ in dies extrahuntur ex eius mineris. Et quoad facultatem extinguẽdi arcarios, vbi neceſſarij non ſunt, eſt bonus locus in cap 61. Regiæ epiſt ad D. D. Franciſc. à Toleto, ibi: *Y donde os pareciere que no conuiene aya oficiales, los quitareis,* die 1. Decemb. anno 1571.

2 Superflua enim reſecari oportet, Auctore Iuſtiniano in l. cum antiquitas 28. C. de teſtament. ibi: *Ea quidem, quæ minimè neceſſaria ſunt nullo procedere modo, quippè cauſa ſubtiliſsima, propoſita ea quæ ſuperflua ſunt, minimè debent intercedere.* Aliter arcæ, ceu ærarij ſedes cædis erit, aut noxie, potius quàm cuſtodiæ, ac ſecuritatis nũmariæ, nam ſicuti aqua ſuperflua non tàm fœcundat tellurem, quàm ſternit flores, trucidad fruges, ac ſegetẽ corrũpit, ſic Camera, ſeu arca, vbi non neceſſaria magis exitialis eſt, quã proficua, & repoſita locis incõmodis, longinquis, aut ſolitarijs inuitat fures, & promouet infidam manum. Nec eſt, quòd multiplicis clauis obijcias munimentum, nam vt ait Seneca epiſt. 69. *Fures ſignata ſollicitant, vile videtur quidquid patet, aperta effractarius præterit.* Et quamquam ad cuſtodiendas, & celandas opes nullum inſtrumentum aptius quàm *Arca*, quippè cuius vſus apud omnes nationes receptus, atque retentus, nam vt tradit. D. Amaia ad tit. C. de iur. fiſc. lib. 10. in rubr. num. 3. & D. Larrea alleg. 1. num. 2. *Cùm marſupia ad pecuniam fiſcalem non ſufficerent, loculis, & arcis vti cæptum, & fiſcus ab origine fiſcallarum dictus.* Vnde fuere variæ arcæ apud Romanos, & earum officiales nomine arcariorũ, tit. de ſuſcept. præpoſit. & arcarijs. C. lib. 10. in cuius rubric. Valençuela Piſcator. nu. 21. vt arca theatralis. Nouell. 63. arca Quæſtoria, & arca præfecti pretorio, l. 9. & vltim. C. Th. de indulg. debit. l. 6. C. de ſuſcept. fuit & arca vinaria, vt teſtatur Symmac. in epiſtolis, l. 13. C. eod. Verum ſemper fuit in cura, vt hæc repoſitoria pecuniæ tuto in loco, & populico collocarentur, ac vbi neceſsitas expeteret.

C AP.

# CAP. XXX. CASVS XXVII.

## De ordinationibus, ſeu ſtatutis generalibus ad optimam gubernationem ærarij, & Reipublicæ tendentibus.

*De las ordenanças y autos generales para el buen gouierno de las caxas Reales, y de ſu administracion por menor.*

1 ACcedit, pro bono regimine arcarum, poſſe condere ſtatuta, & ordinationes D. Proregem, quas obſeruent Regij officiales, & illarum præpoſiti; quod quidem (præter fundamentum ſupremæ poteſtatis, quia vtitur in generali gubernatione, de qua Afflictis, in C. Imperialem de prohibit. fœudi alienat. Maſtril. de magiſtr. lib. 5. cap. 6. num. 43. & ſchedula ad Præſidem de la Gaſca, die 16. Februar. anno 1546. & alia, dat. Matriti, die 8. Martij, anno 1619. Vbi iniungitur fiſci patrono cura remittendi hæc ſtatuta ad Regium Conſilium.) Quoad ſpeciem, & ſubiectã materiam fundatur in facultate conceſſa tàm in mãdato ſolẽni, quàm in priuatis ordinibus de quibus in capite 8. epiſt. Regiæ ad Dominum Dominũ Franciſc. à Toleto, die 1. Decembr. anno 1573. ibi: *Està bien las cuentas que dezis ſe han tomado à los oficiales de Lima, Guamanga, el Cuzco, y la Paz, y la Plata, y Potoſi; y el auerſe viſitado los propietarios, y tenientes, y dadoles ordenanças, conforme à lo que en cada parte ſe adminiſtra; y que las mandariades guardar juntamẽte à los que de acà las han lleuado, en lo que no huuiere inconueniente. Y para que eſto ſe haga mejor, os mando embiar las inſtrucciones que acà ſe han ordenado.* Et in fine inſtructionis rei familiaris datæ eidem Proregi Matriti, die 28. Decembr. ann. 1568. ampla hæc illi conceſſa fuere: *Ordenando vos en el entretanto lo que à nueſtro ſeruicio, y buen recaudo de nueſtra hazienda entendieredes que conuiene.* Sic plerique, è Proregibus huiuſmodi ſtatuta, ceu ordinationes condidere, & in primis dictus Prorex D. Franciſc. à Toleto generaliter ad omnes arcas tũc erectas trãſmiſit, quas ſumma prudentia, & maturo iudicio dictauit. Sed cùm eius ſucceſſores alia membra rei dominicæ nouiter addita, & inuenta cõmẽdata illarũ præpoſitis inuenirent, eaq; improuiſa in dictis ordinationibus, ac alia temporis tractu immutata, alia imminuta, delecta, aucta, vel circumciſa recognoſcerẽt, neceſſe habuerũt aliàs ordinationes componere, vt fecerunt poſteà D. Marchio de Monteſclaros, qui dedit ordinationis arcæ Limenſi, & arcæ de Carabaia, & D. Princeps Schillacenſis, qui aliàs dictante Apolline ſtruxit ad arcam Potoxinam, & D. Comes de Chinchon, qui ad cleantis lucernam aliàs elaborauit ad gubernium arcæ Truxillenſis, à me conſultus tunc illius viſitatore, vt qui eam, & eius arcarios (vt illi ingenue fatebantur) nullis ordinationibus regi cuinceram.

2 Cuius facultatis ratio nõ aliũde prouenit, quam ex neceſsitate cohibendæ libertatis illorum, qui rẽ alienam adminiſtrant, & occurrendæ excuſationi, quam prætegere ſolent arcarij, inſtructiones non habentes, ſub clypeo iuſtæ ingnorantiæ ordinũ, quibus contraueniunt. Quo ſpectant verba, cap. 64. cuiuſdam epiſt. Regiæ ad D. D. Franciſc. à Toleto, die 1. Decembr. anno 1573. ibi: *Dezis que en ninguno de los oficios viſitados hallaſtes inſtrucciones, ni orden para obligarles à dar buena cuenta: y vimos la que embiaſtes, que de acà ſe diò à la de Potoſi, con los apuntamientos que allà*

*allà han parecido ; y tambien la que vos aueis dado ; y acà ha parecido que las inſtrucciones antiguas eran muy buenas, ſi ſe huuiera vſado de ellas , &c.* Nouell. Iuſtiniani 26. cap. 2. ibi: *Monita quædam Imperialia.* Nouell. 27. de Comit. Iſauriæ cap. 1. ibi: *Dabimus ei etiã ſacra præcepta , quæ mandata Principis à veteribus nuncupanti.* Ignorantes enim officiales regularum, ceu ſtatutorum, cum in facto conſiſtãt, excuſationem merentur, cap. 1. de conſtit. lib. 6. ibi: *Conſuetudines , & ſtatuta, cùm ſint facti , & in facto conſiſtant, poteſt probabiliter ignorare.* Accurſ. in l. Cum prolatis, D. de re iudic. verbo, prolatis, vbi Bart. numer. 2. Farinac. conſ. 64. num. 9. Auth. vt factæ nouæ conſtit. coll. 5. tit. 21. cap. 1. ibi: *Cur enim culpauimus eos, qui poſitas noſtras ignorauerint conſtitutiones?* Ne autem arcarij arca Regali quaſi ſua vterentur , ne ve flumina eſſent diffuſæ adminiſtrationis ſine ripis, equi ſine frœnis, & ſine limite campi, inualuit , vt Prorex eos frœnare poſſet iuſtis ordinibus. Quod ampliatur, vt nõ ſolùm de nouo poſsit ſtatuere, quòd expedierit; verum ordinationes vetuſtas, conditas ab anteceſſoribus, reformare. Sic D. Princeps Schillacenſis in ſua relatione, num. 124 ibi: *Las ordenanças con que ſe gouiernan , ſe han hecho en diferentes tiempos , y aſsi conuendrà innouar algunas, y cercenar algo de lo que en eſta caxa eſtà diſpueſto , y ſi las ocupaciones huuieran dado lugar à ello, ſe eſcuſara V. Excelencia de eſte trabajo , como lo hize en las nueuas ordenãças, que di à la caxa de Potoſi.* Argumento text. in l. Quod ſemel. 5. D. de decr. ab ordin. faciend. ibi: *Niſi ex cauſa , id eſt, ſi ad publicam vtilitatem reſpiciat reſciſsio prioris decreti.* Videndus Bartul. in l. Omnes populi, numer. 28. 29. & 30. vbi perdoctè tractat, quomodo , & quando ſuper his quæ alijs ſtatutis diſpoſita ſunt, poſsint ſtatuta fieri, & quomodo vnũ alteri deroget; cuius ſumma eſt , quòd prius per poſteriùs tollatur, §. Quod verò inſtat. de iure nat. latè Cinus, in l. vlt. C. de teſtam. & in l. vlt. C. quæ ſit long. cõſueuet. quod intelligitur ſi, ſit contrarium , licèt non faciat mentionẽ de priori, cap. 1. de cõſtit. in 6. Natura enim ſtatutorum guberni j fluxa, & variabilis eſt; & licèt iurata ſint , poſſunt, reuocari, ex doctrina Bart. communiter recepta , in dict. l. Omnes populi, de iuſt. & iure. Vbi Oroſcius num. 107. 110. & 111. Gomez, in l. 3. Tauri, numer. 96. Auiles, in cap. 17. Præt. Gloſ. *las barà*, num. 81. ſequitur Gutierrez de iuram. confirmat. cap. 37. numer. fin. & eſt optimus textus in cap. cùm acceſsiſſent, de conſtit. Nam pro inde iuualuit, quòd acta , & ſtatuta gubernationis non tranſeant in firmitatem perpetuam , & authoritatem rei iudicatæ, text. in cap. ſtatutum, de reſcrip. in 6. verbo *Ad noxam.* Anton. Fab. in C. lib. 8. tit. 16. dif. 23. Æneus Rob. lib. 2. rerum iudic. c. 10. Nam vt ait Cornel. C. Gall. lib. 20. Eleg.

*Diuerſos diuerſa iuuant, non omnibus annis*
*Omnia conueniunt , res prius apta nocent.*

Non longè Barclaius in Argen. *Sæpè videas eoſdem affectus pro temporum ſorte, nunc virtutes eſſe, nunc vitia.* Trajanus à Plinio conſultus , vt quid in perpetuũ, & vniuerſum ſtatueretur, reſpondit. *In vniuerſum à me non poteſt ſtatui , id ergo quod ſemper tutiſsimũ eſt , ſequendam cuiuſque ciuitatis legem puto.* Epiſt. 120. D. Don Iuan de Solorz. de Indiarum gubern. lib. 4. cap. 12. num. 49. ibi : *Plura ſalubriter hodie ſtatuta, cras forte mutare expediet , vt prudenter aduertit Pater Ioſeph Acoſta, omnino videndus de proc. Indor. ſalut. lib. 3. cap 4. Bobadill. in Polit. lib. 2. cap 10. num. 6. & 33. Calliſt. Remir. de lege Regia, §. 11. num. 26. text. optimus vbi DD. in cap. 1. de conſt. in 6. vbi* 

*probatur lege generali diffiniri non poſſe quod in varijs, & diuerſis Prouincijs ſeruãdum ſit. Eleganter Plutarchus relatus ab Eduardo Veſtono, in theatro vitæ ciuil. lib. 4. cap. 12. Vbi ex fabula matris Lunæ, quæ filiæ veſtem petenti eam denegauit, ob id quod cum ſemper in perpetuo motu, ſiue mutatione verſetur, nequaquam percipiebat quomodo vna tunica tot aduerſis, & diuerſis formis aptari poſſet. Ad rempublicam refert, quæ ſimiles mutationes patitur.*

3 Sed in hoc tractatu tria obſeruare tenetur D. Prorex, vt recto tramite procedat. Primum, vt eius cõſtitutiones arcariæ non opponantur Regijs decretis, & ordinibus latis à ſummo Indiarum Concilio, argumento, text. ſing. in l. 3. §. Diuus Adrian. de ſepulchro violat. ibi: *Quid tamen ſi lex municipalis permittat in ciuitate ſepeliri, poſt reſcripta principalia, an ab hoc diceſſum ſit, videbimus, quia generalia ſunt reſcripta, & oportet imperialia ſtatuta ſuam vim obtinere, & in omni loco valere.* De cuius ſententia, ac ſenſu. Renatus de legib. tit. de conſ. Gallic. fol. 56. Non inferior, text. in l. 2. C. de offic. Præfect. Præt. Orientis, ibi: *Formam à Præfecto Prætorio datam, et ſi generalis ſit, minimè legibus, vel conſtitutionibus contraria, ſi nihil poſteà ex auctoritate mea innouatum eſt: ſeruari æquum eſt.* Illigerus in Donell. lib. 1. comm. cap. 6. litt. C. Alciatus, lib. 10. parergon. cap. 4. Couarr. 3. variar. cap. 13. numer. 4. ante finem. Inferior enim nequit ſtatuere quicquam in derogationem decreti ſuperioris, cap. cum inferior de maiorit. & obed. l. Si hominem 30. D. mandati. Grammaticus, conſ. 83. Maſtril. lib. 5. capit. 6. numer. 37. immò nec vnguiculum ab eius mãdatis aberrare, niſi forſan iuxta, & irreparabilis inſurgat cauſa, ob quã poſſit ſuperioris legem cunctare, vt per Ripam in l. Nemo poteſt, num. 15. de legat. 1. Pinel. in rubric. de reſcind. 1. part. capit. 2. numer. 6. Tiraquell. in Præfat. de pœnis, à numer. 27. Dueñas, regul. 259. amp. 3. Menchac. de ſucceſſ. §. 6. numer. 13. & illuſtr. lib. 1. capit. 15. numer. 25. Grammat. deciſſ. 36. numer. 2. Quo ſpectant verba illa, dict. l. Si hominem. *Si procurator iuſtam cauſam habuit interpellandi manumiſſionem*, iunctis illis veluti. *Si compereris eum poſteà falſas rationes confeciſſe, inſidias vitæ prioris domini ſtruxiſſe.* Sunt enim plures nec incognitæ cauſæ, & rationes ob quarum neruos ipſe Princeps gaudet, ac præcipit ſuas ordines manere in ſuſpenſo, nec exiqui, quo vſque earum certior fiat, l. 2. & vlt. C. Si contra ius, vel vtilit. publ. capit. cum apud Theſalonicam 11. quæſt. 3. Anton. Fab. in C. tit. 11. dif. 1. ibi: *Vetitumque iudicibus ad quos eiuſmodi reſcripta fiunt, ne ſi quam iubeſſet, iniquitatem animaduertant; eorum auctoritatate moueantur.* Text. in cap. ſi quando, vbi latè Felinus, de reſcript. integer titulus 14. lib. 4. Recopil. *De las prouiſiones, y cedulas que ſe dan contra derecho.* Azeued. in l. 2. d. tit. 14. Gloſſ. *Obedecida, y no cumplida,* ibi: *Nota contra miſeros Rectores, qui non audent ſupplicare à litteris Papæ, vel Principis, contra ius elicitis.* Contra quos, & inuehitur. Gloſſ. & ibi Iaſſ. in l. reſcripta C. de precibus Imper. offer. eũm deberent ſuperſedere in executione mandati alicuius iniuſti, mirabilis text. in l. Quilibet, C. de execut. & exact. lib. 12. l. 1. C. de petit. bon. ſublat. lib. 10. l. 3. C. de pagan. ibi: *Abreptæ huiuſmodi chartæ ex earum manibus ad noſtram ſcientiam referantur.* Auil. cap. 1. Prætor. verbo *mandamos*, num. 20. Borrell. de magiſtrat. edictis, lib. 2. capit. 1. 2. & 3. Æneus Robert. libr. 2. rer. iudicat. cap. 11. Et de iure Peruano extat Regia ſchedula. Dat. Matriti, die 22. Septembr. anno 1627. & capit. 3. epiſt. ad Principem Schillacenſ. die 3. Iunij, ann.

ann.1620. Melior text. & gemma notandus in l.34. tit. 18. part.3. quæ manudicit ad terſum prudentiæ fontem, & vere Regiam doctrinam, qua ſummi Conſiliarij duci debent in obuiã eundo principalibus mandatis iniuſtis, & nuntiãdis Principi inconuenientibus, & tandem ei parendo vbi certioratus ea reſpuerit, præcipuè in materia proficiẽdi, & beneſaciendi alicui ex vaſſallis apud eum optimè meritò, ne contumaciter, & inuidè exiſtãt refractarij, cuius fideles debent eſſe cuſtodes. Eia verba arcanis plena myſterijs ſcrutemur. *E de eſtas cartas que el Rey diere non ſe deue ningũno agrauiar: ca maguer el Rey mande fazer alguna coſa que ſea graue à algunas, todavia deuenla obedecer, è cumplir, pues que el Rey lo faze por merced, è por hazer pro à otros. Cà otro ſi deben tener aquellos que el Rey les pue de hazer merced quando quiſiere como à los otros que diò las cartas. E de mas es razon, è derecho, que pues el Rey es tenudo, è poder ha de fazer merced, que ninguno non ge la contralle, nin ge la embargue que la confaga, alli do el entendiere, que conuiene. Empero bien pueden tanto fazer aquellos à quien el Rey embiare tales cartas como eſtas en fazerle ſaber por ſi, ò por otri, que es graue de fazer, è faziendolo aſsì, non lo deue el Rey tener por mal; mas con todo eſſo ſi el Rey touiere por bien que ſea, deben obedecer lo que èl mandare, cà eſto non es conocencia de ellos ſi es derecho, ò non, mas es en la del Rey.* Iunge l. 25. eod. tit. & partita, ibi: *Empero aquel à quien fuere embiada la tal carta, bien puede recibir pruebas ſobre tales de fenſiones, è fazerlo ſaber al Rey, que mande, y lo que touiere por bien; mas èl non debe juzgar ſobre ellas.* Vbi tamẽ mihi temperare non poſſum, quin cõſulam quãtum cauere debeat D. Prorex, vt ordinationes, & præcepta Regia, de quibus ſermo, magna deliberatione conſcripta, apud *Patricios ſeruatoreſque Camillos*, ab eo executioni tradãtur, ne illudatur Regia volũtas, & in remotis Regnis exemplo, præſidis, & reipublicæ Principis, qui primus eã tenetur ſeruare, cæteri trahantur ad eiuſdem contemptum, video enim pro libidine cerebrina, & quouis quæſito colore plurimas ſchedulas ſtrangulari, id quod à primordio gubernationis Perubicæ inoleuiſſe ſcribit P. Remeſalis in hiſtor. de Chiapa, notabilius verbis, lib.3. cap.21. nu.7. ibi: *Siempre ſe vſaron replicas contra las ordenes de los Principes por juſtas, y razonables q̃ fueſſen, quando en la execucion parecìo algun inconueniente, y las leyes no dan por traidores, y desleales à los tales que ſuſpenden la execucion, haſta que el Rey eſtè mejor informado. Pero quãdo eſte vſo tuuo mas fuerça, fue en los principios de la poblacion, que como muchos mãdatos del Rey no eran tan à guſto; para no los obedecer, luego ponian los Goaernadores inconueniẽtes voluntarios, que ſu Mageſtad auia ſido informado ſinieſtramente, y cõ eſto beſando ſus cedulas, y poniendolas mil vezes ſobre ſus cabezas, como de ſu Rey, y ſeñor natural, ninguna era obedecida, ni ſeruian de nada, porque quãdo venia la ſobrecarta, ya ſe auia acabado la ocaſion, &c.* Regis enim voluntati, vel cæcis oculis parendum mordicus ſuadent, l. ſanctio legum de pœnis. Baldus in l. legis virtus, num.1. de legibus. Auth. ſtatuimus, num.2. C. de Epiſcop. & Cleric. Caued. deciſ. 87. per totam. Caſaneus in Cathalog. gloria mundi, part. 9. conſ.34. Guillelmus in cap. Rainuntius, verbo. In eodem teſtamento, à num.70. Quæ obedientia ex præcepto Chriſti; & lumine naturali Regi eſt exhibenda. Prouerb. capit. 8. 1. ad Roman. cap. 13. l. Inter claras, C. de ſumma Trinitate, & fid. Cathol. l. 1. C. de veter. iur. enucl. Couarr. pact. cap.1. Menchac. in

præfat.controuer.illuſtr.numer.119. refert plures nouiſsimè de lege Politica D. Petr. Gonçalez de Salzedo, lib.1.capit.5 §.1.numer.4. Adeo, vt pœna mortis ſit infligenda in inobedientes, circa rem magni periculi, l.1.in fine, C.de offic. Præfect. Africæ, l.3.§. In bello, de re milit. Gigas de crimin. læſæ Maieſt. 1.part. quæſt. 31. Lucas de Penna in l.1. ad finem, vt dignitat, ordo ſeru etur.C.lib. 12. Afflictis, & in proœmio conſtit. numer. 33 Grammatic.deciſ.40. num. 2.Facit.l.11.tit.21. part.2. & l.3.tit. 28.ead.part.explicat optimè Caued. dict.deciſ.87. Secunda, non debet inſuper habere ſtatuta condita à D.D. Franciſco à Toleto, & eis contraria ordinare, etſi enim ille fuit vnus ex anteceſſoribus Proregijs, emeritus eſt, vt à ſe ordinata, confirmarentur à ſupremo Rege noſtro, expeditis ad id honorificentiſsimis ſchedulis, iubentibus, ne lato quidem vngue ab eis recedere liceret, niſi prius cõſulta ſua Maieſtate. Regia ſchedula ad D Marchionem de Mõteſclaros. Pardi 25.Ianuar.anno 1608. Aptior alia ad D. Proregem D. Ludouicum à Velaſco, die 8.Iunij, anno 1592. Et ratio eſt quia confirmatum à Rege, vel Pontifice perinde habetur, ac ſi ab eis eſſet factum, vt ſupra fundatum eſt haud ieiunè: eadem enim inculcare nihil attinet. Nec eſt quod leguleius iuris municipalis obijciat prædictam prohibitionem de non derogandis ordinationibus, D. Frãciſci à Toleto, in conſulto Indiarum Conſilio, ſtrictim accipiendam; de illis tantum, quæ ad Indorum gubernium, & reductionẽ ſpectant, ex verbis dictæ ſchedulæ, ann. 1608. ibi: *Por ſertan neceſſarias al gouierno, y naturaleza de la tierra, y de los Indios, particularmente la de las reducciones de los pueblos,*

4 Nã idem attendi debere quoad ordinata in materia rei familiaris monent aliæ ſchedulæ, vt videre eſt ex illa, qua confirmatæ ſunt ordinationes minerarum, & quodam capite Regiæ epiſt. ad Comitem de el Villar, die 10. Ianuarij, anno 1589. quod loquitur circa obſeruationem taxationum tributorum factarũ à D. Prorege, ibi: *Aduertiendo, que auiendoſe hecho las dichas taſſas por mi orden, y con tanta conſideracion, no es bien que ſe anden mudando, ſin mucho fundamento, y auiendo preciſſa neceſsidad de ello, y entonces mirando mucho en que no ſe haga daño à mi hazienda, agrauio à los dichos encomenderos, ni à los Indios.*

5 Tertium eſt in conſideratione, quòd in materia profeſsionum mercium, & aliarum rerum, ex quibus ius Regium penditur, priuſquã quicquam poſsit ordinare, D. Prorex tenetur inſpicere, & obſeruari iubere in toto mari noſtro del *Sur* ordinationes domus contractationis Hiſpalenſis: illæ enim ligant manus, quoad præuenta, & prouiſa in ſua contextura. Regia ſchedula Vallis de Olid, die 17. Aprilis, anno 1553. & cap. 127. Regiæ epiſtolæ ad Dominum D. Franciſc. à Toleto, die 27. Februar. anno 1575. ibi: *Eſtà bien proueìdo auer mandado poner en los regiſtros, que ſe hazen en Panama los paſſageros, declarando la calidad, y oficio de cada vno; que es conforme à lo que eſtà proueìdo por las ordenanças de la caſa de la contratacion de Seuilla, las quales hareìs que ſe guarden en el puerto de Panama, y los demàs de la mar del Sur, como eſtà mandado.* Meminit earũ D. Alfar. de officio Fiſcalis, Gloſſ.16.n.135.& Gloſſ.20.num.65.

6 Prætereà animaduertere debet Gubernator in pertinentibus ad Regium Tribunal Calculorum, vbi defecerit ordinatio, quam ferri neceſſe fuerit, non prius quicquam ab eo poſſe ordinari, quàm deficiẽtibus ordi-